

nu. 88. Campanile diversorum iuris Canonici, rubr. 4.
 nu. 45. qui uterque nostrum textus meminere, latius de materia agit Crespetius in summa catholicae fidei, verbo, Clericus, §. Clericis mulierum contubernium, & verbo, mulier, in principio. Capella Tholosana 448. Azeved. lib. 8. nova recopil. tit. 2. l. 2.
 nu. 33. Ioannes Hentenius OEcumenij interpres, in 1. ad Timoth. cap. 6. D. Chrysost. super Mattib. Innoct. Papa lib. 2. de contemptu saeculi, cap. 23. mulierum damna probat, longissima exemplorum serie. Quas denique clarissimorum hominum ruinæ, quam perniciem, quam ipsis etiam urbibus vastitatem attulerit mulieris consortium, & familiare contubernium non difficile exemplis comprobare, sed omnium instar sint illa verè aurea Seneca verba in Hippol. ubi fœminam omnium malorum vocat fontem, & originem.

Est dux malorum fœmina, & scelerum artifex.

Scylla, & Charibdis Sicula contorquens frena

Minus est timenda, nulla non melior sera est,

2 In Glossa. Tenet Glossa, quod si unum est bonum, aliud est malum, ponitque nonnullas fallentiæ, de quibus agit eleganter Turrecremata in præsenti, nu. 7. per totum. Propositus nu. 2. & in cap. Sexto die, nu. 1. in fin. infra, dist. 35.

CAP. Presbyter. XVIII.

S U M M A R I V M.

- 1 Presbyter uxorem diligat, & fugiat?
- 2 Presbyter quid significet?
- 3 Presbyteræ quæ dicantur?

1 N textu. Collige ex illo, quod presbyter uxorem suam, quasi sororem debet diligere, & quasi hostem fugere, de quo vide posita ad cap. Alter, nu. 6. supra, dist. 31. & ad cap. Si quis docuerit, nu. 25. supra, dist. 28. Adde Vasquez de ordine, disp. 245. nu. 49. & 51. vers. Porro. Capellam Tholosan. 448. ad med. Vnde in Concilio Antisiodorensi celebrato circa tempora Papæ Deusdedit Can. 21. sic definitur. Non licet presbytero in lecto post acceptam benedictionem, cum presbytera sua dormire, neq; in peccato carnali commisceri, neq; diacono, neq; subdiacono, scilicet cum diaconissa, aut subdiaconissa sua.

2 Ibi, presbyter. Quod significat seniorem, & antiquorem ætatem, & variè in sacris litteris usurpari solet; denotat interdum honoratiorem, maiorem, & principem populi, eoque quod senioribus

potissimum principatus conveniat: quæ significatio non solum apud prophanos authores, sed etiam in sacris litteris reperitur. 1. Esdra, cap. 6. nu. 8. & 3. Esdra, cap. 9. nu. 17. Iudib. 6. nu. 20. & 8. nu. 9. At in novo testamento nomine presbyteri feré semper significantur sacerdotes, ut latè prosequitur Vasquez de ordine, disp. 236. nu. 96. & seqq. Vide quæ diximus in cap. Cleros, dist. 21. num. 9. & adde Carthagena lib. 3. tit. de presbyt. nou baptizato, observat. 2. in exposit. titulorum iuris.

Ibi, Presbyteram. Non quia habet officium sacerdotis, nec ab ullo ordine, quem suscepisset, nec à ministerio ad quod essent destinatae; sed à viris, quorum uxores erant, ut observat Michael Medina lib. 4. de continentia, controversia 6. cap. 7. Vasquez de ordine, disp. 245. cap. 3. nu. 49. Ochagaria de Sacramentis, tractatu de ordine, quest. 8. nu. 6. Sic invenimus in Latina Ecclesia mulieres vocatas episcopas, diaconas, & subdiaconas, ut constat in Synodo secunda Turonica, sub Pelagio 1. Can. 14. Episcopum episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum, & Can. 20. post principium. Nam si inventus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habetur. Vide posita ad cap. infra proximum, nu. 1.

CAP. Mulieres. XIX.

S U M M A R I V M.

- 1 Presbyteræ aliquando seniores dicuntur?
- 2 Viduae que olim dicebantur?
- 3 Quomodo eligebantur?
- 4 Univira que dicantur?
- 5 Matricuria que sint?

Ibi, Presbyteræ. Quæ aliquando juxta nostrum textū ob ætatem viduae seniores dicuntur, ut tradit Troilius de vero clero, lib. 2. cap. 3. nu. 7. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 34. num. 289. qui textus meminit; licet frequentius presbyteræ dicantur, quarum viris in presbyteros electis, ipsæ interim vitam cœlibem agunt, Baroni d. nu. 289. & vide notata ad cap. supra proximum, nu. 3.

Ibi, Viduae. Viduae dicebantur, quæ nullabenedictione, aut ordinatione ad ministerium aliquid consecrabantur, sed tantum ad hoc eligebantur, ut in congregatione viduarum vitam cœlibem durarent; hanc statu viduarum nunquam eligi confuc-

Consueverunt, nisi votum castitatis, & continentiae, sicut virgines, emitterent. Vnde non servantes continetiam gravissimo judicio subjectae erant; & ea de causa ab episcopis omni corporali studio, & providentia dignae habebantur: alebantur enim ex redditibus Ecclesiæ, de quo latissime differunt. *Vasq. de ordine, disp. 245. cap. 3. nu. 19. & seqq. Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 4. & notatur in cap. Viduis, cap. De viduis, cap. Vidua, cap. Viduitatis, infra, 27. quest. I.*

3 At in viduis eligendis ad gradum vidualem multa considerabantur. In primis ætas; adolescentiores non ita facile admittebantur, ob incontinentiae periculum, non enim minoris ætatis, quam annorum sexaginta eligebantur, & nisi vita, ac morum examine longo præmisso, ut ex D. Paulo, Basilio, & alijs observant. *Vasq. d. cap. 3. nu. 29. Basilius d. cap. 4. vers. Sed in viduis. Quomodo autem religiosæ fierent, vide per eundem Basilius, in vers. At quo pacto, & seqq. Loaisam in notis ad Con. Tholet. 4.*

4 **Ibi, Univiræ.** Vnivira dicitur, quæ unum tantum coniugem habuit, quo sensu invenitur apud Tertullianum, & apud Trebellium Pollionem, in 30. Tyrannis, pag. 275. & in epigrāmate urbis Romæ, ut illos refert Brisonius de verborum significatione, lib. 19. fol. mihi 651.

5 **Ibi, Matricuriæ.** Quæ sunt sicut coniugia Ecclesiæ, quia ad modum matris familias gerentis curam, quam matres gerere solent, vestimenta lavant, alia huiusmodi faciunt, & necessaria operantur, innuit *Glossa in praesenti.*

in 4. dist. 27. nu. 195. *Paulus Burgafius de irregularitate, 5. p. 1st. de bigamis, nu. 25. Covar. in Clement. Si furiosus. 1. p. §. 2. à nu. 1. Henrig. in summ. lib. 14. cap. 2. nu. 2. Adde posita ad cap. 1. nu. 2. & ad cap. Accutius, nu. 2. supra, dist. 26. Suar. de censur. disp. 48. sect. 1. nu. 4. Quæ irregularitas contrahitur etiamsi per ignorantiam utrumq; matrimonium bona fide contractū sit, ut post alios docet idem Suar. d. disp. 48. sect. 2. nu. 8.*

Oritur tamen dubium utrum bigamus sit ille, qui invalidè contrahens de facto matrimonium celebravit, & consumavit? Partem affirmativam in effectu tuetur *Glossa in cap. 2. verbo, in bigamis, de bigamis. Abb. in cap. Nuper, nu. 4. eodem tit. Sotus in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. conclus. 2. cōmuni ex Covar. in Clement. Si furiosus, 3. p. §. 2. nu. 2. Suar. de censur. disp. 48. sect. 2. nu. 6. & seqq. pro quibus facit textus in d. cap. Nuper, ubi Pontifex dicit, non esse dispensandum ad ordinis recipiendos cum illo, qui nulliter, & de facto matrimonium contraxit; de cuius dispensatione inutiliter tractaretur si taliter contrahens, vitium bigamiæ non incurreret; idem videtur probare textus in cap. ult. de bigamis.*

Contrariam tamen sententiam, quod ex tali matrimonio irregularitas non incurritur, nec vitium bigamiæ, tenuit *Paulus Burgafius de irregularitate, 5. p. tit. de bigamis, nu. 9. Navarr. in Manuali, cap. 27. nu. 195. dicens in sacra pœnitentia ita fuisse conclusum, pro qua sententia facit, quia nulla irregularitas ultra casus iure expressos solet incurri, cap. Is, qui, de sentent. excommunicat. lib. 6. & constat non esse expressum, quod ille, qui nulliter, & defacto matrimonium contraxit, irregularitatem incurrit; fatetur. Navarr. d. loco, maximè, quia vitium bigamiæ non incurritur ex matrimonio, per quod non fit iniuria significationi coniunctionis inter Christum, & Ecclesiam, iuxta textum in cap. Debitum, de bigamis, per matrimonium autem nulliter celebratum predicta irreverentia non contingit, siquidem coniunctionem non facit, & uti tale præcedentis matrimonij significacionem non evertit.*

Tu suppose matrimonium nulliter, & de facto contractum, duobus modis contingere posse, iuxta textum in cap. 1. de sponsalibus, lib. 6. aliquando hoc provenit ex defectu voluntatis contrahentis, aliquando propter impedimentum consanguinitatis, vel aliam similem rationem. Inter utrūq; modum magnū discrimen reperitur, quia in priori casu, nec matrimonium fit, nec ex parte contrahentis ad illud faciendum affectus appetit; in posteriori vero casu licet matrimonium non sequatur, affectus tamen coniugalis ex parte contrahentis reperitur, ut docet Pontifex in cap. ult. de bigamis, ibi. *Non propter Sacramenti defectum, sed affectum intentionis, cum opere subsecuto,*

Y

His

DISTINCTIO. XXXIII.

CAP. Si quis. I.

SUMMARIUM.

- 1 Bis contrahens est irregularis.
- 2 Quid si invalide contrahit? & nu. 3.
4. & 5.
- 6 Concubinarius an sit irregularis?

IN textu. Collige ex illo, secūdis nuptijs copulatum attento jure, esse irregularē, quia talis patitur defectum suscepiti sacramenti, per bigamiam enim tollitur significatio illa, qua coniunctio inter Christum, & Ecclesiam suam designatur, *textus in cap. 1. & 2. de bigamis, tradit. D. Thom.*

5 His suppositis patet declaratio ad dubium soprapositum, ut scilicet in matrimonio nulliter, & de facto contracto, ex defectu contrahentis voluntatis, nullo modo vitium bigamiae incuratur, quod si aliter nullum sit, quoad irregularitatem incurrendam bigamus contrahens censemur, qui similitudinarius appellatur; advertit Henr. in summa, lib. 12. cap. 6. num. 9. Probatur ratione, cum enim affectus intentionis, quoad pœnam legis incurrendam pro opere valide facto reputetur; & data aliâs validitate matrimonij, quoad predictam irregularitatem, verè, & propriè bigamus sit contrahens, meritò effectum est, ut priori modo matrimonio nullo vitium bigamiae non resulteret, posteriori tamen contracto, idem vitium, quoad irregularitatem incurrendam, contrahatur.

6 Ibi, Aut concubinam habuerit.

Non intelligas concubinarium etiam habentem plures concubinas, vitium bigamiae contrahere, ut bene docet Sotus in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. ad primum, eoquod conjunctio fornicatoria nequaquam significat illam conjunctionem, quæ solo in matrimonio designatur; advertit Sotus d. art. 1. in princip. Nec refragitur textus in presenti, satisit enim, si advertas textum iam hodie non servari, ut tradit Covar. in Clement. Si furiosus, t. p. §. 2. nu. 5. vel melius, si dicas hic non constitui propter concubinam incurri irregularitatem, ex capite bigamiae, sed ex capite infamiae, quæ sufficiens est ad irregularitatem inducendā, ut p. Navarr. cap. 27. nu. 204. Suar. de censur. disp. 48. sect. 2. nu. 1. & seqq. post alios Filiucius moral. quæst. tract. 19. cap. 8. à nu. 215. lege Thom. Vallasc. alleg. 41. n. 8.

C A P. Maritum. II.

S V M M A R I V M.

- 1** *Duarum mulierum maritus est irregularis.*
- 2** *Concubinam ducens in uxorem, an sit irregularis?*
- 3** *Ducens viduam repudiatam, aut meretricem, an contrahat irregularitatem? & nu. 4. & 5.*
- 6** *Qui semetipsum truncavit est irregularis.*
- 7** *Vsurarius est irregularis.*
- 8** *Representaies comedias sunt irregulares.*
- 9** *Publicè pœnitentes an sint irregulares? & num. 10.*

11 *Furiosi, & amentes non debent ordinari.*

12 *Quod procedit etiam si semel incidunt in furiam.*

13 *Diabolo vexatus est irregularis.*

14 *Simoniam committens an incurrit ex communicationem?*

I N textu. Dicit textus duarum matronarum maritum non debere clericum ordinari, de quo vide posita ad cap. Si quis, nu. 1. & seqq. supra, hac eadem dist. Adde hanc irregularitatem contrahens etiam si contingat utrumque matrimonium esse nullum, dum modo in utroq. sit idem effectus cum opere subsecuto, ut expressè tenet Navar. cons. 1 de bigamis, probat latè Suar. de censur. disp. 48. sect. 2. nu. 11.

Ibi, Concubinam. Ergo qui prius habuit concubinam; & postea eam duxit in uxorem, irregularitatis nota aspergitur, ut notavit Glossa 1. in praesenti, innuit Tiraq. l. 1. connubial. Glossa 1. p. 1. nu. 45. ad fin. vers. Et hanc. Hocliens. Ioann. Andr. & Imola in cap. 2. de clericis conjugatis, ea ratione, quia verum est dicere illud matrimonium contraxisse cum non virgine. Contrarium tamen dicendum est, ut scripsimus ad cap. Nemo, nu. 5. iupra, dist. 32. Adde Henr. in summ. lib. 12. cap. 6. nu. 10. Suar. de censur. disp. 48. sect. 3. num. 6. & 7.

Ibi, Viduam. De quo vide posita ad cap. Si quis viduam, 15. infra, distinct. 34.

Ibi, Repudiatam. De quo vide posita ad cap. Vidua, 15. infra, distinct. 34.

Ibi, Meretricem. De quo vide posita in cap. Vidua, 16. infra, distinct. 34.

Ibi, Qui semetipsum truncaverit. Ergo ille, qui propria voluntate aliquod sui corporis membrum amisit, irregularitatem incurrit, quod ampliabis etiam partem digitii præciderit, ut probat textus in cap. 1. de corpore viuente, cap. Qui partem, 55. dist. quæ irregularitas non inducitur propter membrum defectum, siquidem pars digitii, membrum non dicitur, ex his, quos refert Villadiego de irregularitate, cap. 11. à principio. Henr. in summ. lib. 14. cap. 8. in principio, sed propter gravitatem peccati, & culpam activæ abscisionis; advertit in specie Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 198. Henr. dict. cap. 8. nu. 2. ad fin. & num. 4. optime Suar. de censuris, disp. 51. sect. 2. num. 6. Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 7. num. 10. Amplia etiam si hoc fecerit ex ignorantia, putans se obse-

obsequium Deo gratum præstare, poterit tamen facilius dispensari, cap. *Significasti de corpore vitiatis*, ut Beatus Marcus ex humilitate pollicem sibi abscidit, ne sacerdos fieret; notat *Henriq. dict. nu. 4. Sayrus, ubi supra, cap. 12. nu. 8.* quod venit limitatum, nisi ex justa causa hoc fecerit, cap. *Ex parte de corpore vitiatis*. Adde posita ad cap. *Si quis, 4. nu. 2. & 5. infra, dist. 55.* & ad cap. *Qui partem, 6. nu. 5. eadem dist.*

Ibi, Qui usuras accepisse convincitur. Igitur convictus de usura est inhabilis ad sacrorum ordinum susceptionem, ut ex nostro textu concludit *Perez ad l. 8. Ordinamenti, tit. 2. in proemio, col. 28. vers. Hinc venit, fol. 26. Sayrus de irregularitate, lib. 7. cap. 10.* nec insuper eligi potest, aut præsentari, seu quovis alio titulo ad beneficium ecclesiasticum promoveri, cap. *De Petro, 47. dist. cap. Inter dilectos, ubi Glossa, & communis, de excessibus prælatorum, textus juncta Glossa in cap. Praeterea, de usuris.* Quod intellige in utriusque tam manifestis, quam in occultis usurarijs, dummodo de crimen convincantur, ita ut pena in prioribus obtineat propter infamiam, in occultis vero propter morum pravitatem, ex cap. *Omnipotens, de accusationibus.* Videatur *Salzedo in tract. crim. cap. 83. Zerola, verbo, usura, ubi ex cap. Infamibus, de reg. jur. in 6. probat clericum usurarium esse inhabilem ad beneficia.* *Reginald. lib. 23. nu. 95. Ludovicus Molina de just. tom. 1. tract. 2. disp. 334.* & eandem doctrinam quoad peccatas civiles ab usurario occulto incurriendas, docte probat *Gaspar Rodezicus tract. de aunnis redditibus, lib. 3. q. 4. nu. 119. & 120.*

Ibi, Aut in scœna lusisse dignoscitur. Ergo representantes comedias, tragædias, aut satyras, non possunt ad sacros ordines proveniri, quia ipsis jure sunt infames, cap. 1. 4. q. 1. cap. *Pro dilectione, de consecratione, dist. 2. l. 1. vers. Qui artis, ff. de ijs, qui notantur infamia.* *Alphonsus de Mendoça in Quælibetis, q. 9. nu. 12.* latilli ne Petrus de Gusman, ex Societate Iesu, in lib. *Bienes d'el honesto trabajo, discurso 6. §. 1. facit illud Augustin. lib. 1. cap. 32. de civitate Dei.* Ludi scenici spectacula turpitudinis, & licentia vanitatum, non hominum virtutis, sed demonum insis à Romanis instituta sunt. quo loco *Leonardus Coquanus, multa ex Patribus eleganter congetit; Sayrus de censuris, lib. 7. cap. 10. nu. 8. in fine.*

Ibi, Qui publica pœnitentia. Tales enim ab ordinum susceptione excluduntur, textus similis in cap. *Ex pœnitentibus, cum multis ibidem, infra, dist. 50. de quo fatigat Sylvester, verbo, irregularitas, q. 17. Magistrus de irregularitate, lib. 3. cap. 2. & 3. Suar. de censuris, disp. 42. sect. 2. nu. 3. Sayrus de censuris, lib. 7. cap. 10.*

nu. 19. Publica dicitur omnis illa pœnitentia, quæ publice coram omnibus fit. Alia est publica, & solemnis, quæ cum certa quadam forma verborum ob crimen scandalotum imponebatur, de qua agit cap. In capite, 64. infra, dist. 50. prosecutur late Bellarm. lib. 1. de pœnitentia, cap. 21. & 22. qui inter publicam, & sollemni pœnitentiam, plures differentias constituit.

Tu resolve ex supradictis authoribus, per publicam pœnitentiam, non impediti aliquæ ad ordines promoveri, vel illos exercere, si iam sit promotus; quod limitabis, nisi concungat ex tali pœnitentia consurgere gravem infamiam. Nam in quibusdam Ecclesijs ob criminis notoria, imponitur pœnitentia publica, nam ad fores Ecclesiæ in loco imminenti cū diadematæ in capite, ac cereis in manibus accensis, pœnitentes, dum officia divina celebrantur, toti populo exponuntur; de qua re plura legi possunt apud *S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 17. in fine, & tit. 29. cap. 6. Albericum in dictionario, verbo, Ordinandus, vers. Quarto decimo.* Adde posita ad cap. *Si ille, 58. infra, dist. 50.*

Ibi, Qui in furiam. Non debet ordinari, qui aliquando in furiam insanivit, ut tradit *Navarr. in Manual. cap. 25. nū. 72. & cap. 27. nū. 203. Suar. de censur. lib. 6. cap. 13. nu. 1.* idem dicendum est de amentibus, qui usu carent rationis, quia hic defectus ex ipsa rei natura impedit susceptionem ordinum. *Suar. ubi proximè, nu. 2. Distinguitur tamen furiosus à demente, quia illa rabies furoris signis exterioribus offendit; hic verò mente caret, sed actis extensoribus furorem non insinuat;* explicat post *Bald. Iason. in l. Furiosum, nu. 2. C. qui testamenta facere possunt. Gomes l. 3. Tauri, nu. 7. Dueñas reg. 259. ampliat. 9. licet aliter explicet *Benedictus in cap. Raynuncius verbo, Adjecta, nu. 76. de lunaticis, & similibus, vide posita ad cap. Vñj, 5. infra, has eadem dist.**

Ibi, Aliquando. Ergo qui semel incidit in furiam, perpetuò manet irregularis, licet postea sanitatem recuperet, ut colligitur ex textu, & tradit *monaster Gratianus in cap. Si quis non iratus, 13. §. Nō enim, 15. q. 1. Virald. in Candelabro. tract. de irregularitate, nu. 181. Sayrus de censur. lib. 6. cap. 6. nu. 14. in princip. Valenzuela cons. 25. nu. 51. Suar. de censur. disp. 51. sect. 1. num. 4. quod intelligendum venit de furore, qui procedit ex propria organorum laesione, non autem si ex vehementi febre quis deliret, vel furiosus fiat, quia nullatenus contrahit irregularitatem, ut *Suar. di. nu. 4. Virald. ubi proximè, nu. 182.**

Ibi, Diabolus vexatus. De quo vide posita ad cap. sequens, hac eadem distinctione.

14 Ibi, Pecuniam obtulerit.

Simoniam circa ordines committens, imò etiam mediatores, ut ipsa in ordine committatur, excommunicationem incurunt; à qua Iolus Papa absolvit, *Extravag. 2. de simonia*, in principio, inter communes, quam latè explicant *Suar. de censur. disp. 22. sect. 5. nu. 22. Sayrus de censur. lib. 3. cap. 30. nu. 6. & 7. Guierr. Canon. lib. 1. cap. 9. Salzedo in additionibus ad Bernatdum, cap. 91. littera D. Adde textum, & ibi notata in cap. *De simoniaeo*, 22. *de simonia*.*

CAP. Communiter. III.

SUMMARIUM.

- 1 *Pius Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Dæmoniaci, arreptiti, & energumeni sunt irregulares.*
- 3 *Quod limitabis.*

I N superscriptione, ibi, Pius.

Hoc est sanctus Pius Rufini filius, natio-
ne Italus, patria Aquileiensis, creatus
18 Februarij, anno Christi 150, sedit annos 4.
menses 5. dies 27. vide *Platinam*, in eius vita,
Onuphrium Panvinum de Romanis Pontifiibus, fol. 6.
sed melius *Cardinalis Baronius* ait Pium fuisse
creatum Pontificem anno Domini 158. quem
latè videbis *tom. 2. anno Christi 159.* & seqq.

- 2 **In textu.** Collige ex illo dæmoniacos,
arreptitos, & energumenos,
qui ex dæmonis agitatione ad terram alliduntur,
vel eos spiritus malignus corporaliter aliquò modo vexat, irregulares esse, ut ex nostro
textu prosequuntur *Pelagius de planctu Ecclesie*,
lib. 1. cap. 48. §. *Dæmonica vexatio*, fol. 28. *Tolet.*
en summa, lib. 1. cap 25. *Navarr.* in *Manual.* cap. 27.
nu. 203. vers. *Decimo quarto.* *Vivald.* tit. *de irregularitate*, nu. 184. *Suar. de censur. disp. 51. sect. 1. nu. 7.*
Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 9. nu. 14. *Hentiq. in summa*, lib. 14. cap. 8. *Quod amplia etiamsi semel*
hoc genos vexationis quis passus fuerit, *Suar.*
nu. 7. *Sayrus d. nu. 14. Vivald. in Candelabro*, tra-
ctatu de irregularitate, nu. 181. latè *Valenzuela con-*
sil. 25. nu. 2. & seqq.

- 3 **Ibi, Vero anni spatio.** Igitur dæ-
moniaci, &
similes non aliter sunt admittendi in susceptis
ordinibus ministrare, nisi postquam annus
lapsus sit, in quo abreptio aliqua non videatur,
quod tamen prudenti arbitrio Episcopi relin-
quitur, qui tenebitur suum consensum præbe-

re, cum potius sit justa declaratio, quam gra-
tiosa dispensatio; docet *Suar. tom. 5. de censuris*,
*disp. 51. sect. 1. nu. 5. & 7. vers. Quod usum. Sayrus de censur. lib. 6. cap. 9. nu. 14. §. Quod si dicas, Vivald. in *Candelabrum tract. de irregularitate*, nu. 183.
Qui autem non est energumenus, sed se esse
simulat, eadem irregularitatis pœna debet pur-
niri, ut tradit *Maiolus de irregularitate*, lib. 2. cap.
17. in fine. *Vivald. tract. de irregularitate.* nu. 187.
Sayrus dict. nu. 14. post principium, & præcipit
*sancta Synodus Constantinopol. Canon. 16.**

CAP. Clerici. IV.

SUMMARY.

- 1 *A dæmonibus obseSSI, sunt irregulares.*
- 2 *Præpositio, in, qualem significationem
habeat? & num. 3.*
- 3 *Dæmoniaci an possint ad minores ordi-
nes promoveri?*

IN textu. Decidit Nicolaus Pontifex il-
los, qui in adolescentia à dæ-
monibus sunt obsecuti, non debere ad sacerdo-
talem gradum ascendere, de quo vide posita
ad cap. *Communiter. 3. num. 2. supra*, *hac eadem*
distinct.

Ibi, In. Quæ præpositio multifariè ac-
cipitur, ut per *Menoch. de arbitrii*
casu 495. Roman. conf. 376. Quæstio est, ex num. 1.
usq; ad nu. 6. Aliquando enim significat quan-
dam intrinsecitatem, & ponitur pro intus, l. 3.
§. 1. & ibi *Bald. ff. Nautæ caupon.* ubi merces
non dicuntur in navim receperæ, nisi sint intra
navim collocatæ, textus similis in l. 1. §. In pu-
blico, ff. de fluminibus. *Felin. in cap. Ecclesia Sæde*
Maria, nu. 99. de constitutionibus, ad fin. *Quod li-*
mitabis, nisi detur contrarietas, l. Si statua, &
ibi Glossa, verbo, monumento, & Bart. nu. 2. ff. de
injurijs, Glossa in Clement. Causam, verbo, in aucto,
de electione, quæ exponit in domo, id est, ante de-
mum, ne sit contra l. Pleriq; ff. de in ins vocando.

Similiter si adjungatur ablativo, intelligi-
tur intra tempus, nam idem est dicere in anno,
quod intra annum, l. Si ita fuerit libertas, 41. §. La-
beo scribit, de manumissis testamento. *Bart. in l. Si in*
legetur, 51. ff. delegatis, l. Si tamen ponatur cū
accusativo, significat post tempus, scilicet in
annum, hoc est post annum, l. *In annos, l. Non*
putabam, ff. de conditionibus, & demonstrat declarat
Bart. in d. l. Si cui legetur, de legatis l. latè Tiraq-
de retract. lignag. §. 2. Glossa 11. nu. 74. Menoch. de
arbitrar. q. 99. nu. 7. & lib. 4. præsumpt. 126. nu. 5.
latius Cenedo singul. 17. num. 4. quem latissime
vide circa alias significationes.

In Glossa, verbo, Sacri. Tenet

4 dæmoniacos bene posse ad minores ordines promoveri, sequitur Maiolus de irregularitate, lib. 2. cap. 17. num. 4. Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 9. nn. 14. §. Quod si dicas, vers. Addit autem.

CAP. Vsque adeo. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Lunatici non possunt ministeria sacra tractare.
- 2 Leprosi, & scabie laborantes, an possint ad sacros ordines promoveri?
- 3 Paralytici quomodo possunt ministerium divinum exercere?

IN textu. Nota ex textu non solum dæmoniacos, sed etiam similibus passionibus laborantes, non posse ministeria sacrosancta tractare, & ita irregulares esse, in quibus connumerantur paralytici, & epileptici, quem alij morbum comitialem, alij Herculeam morbum appellat, quandoque etiam aliqui sacrum morbum dixerunt; idem dicendum est de lunaticis, qui per temporum intervalla amittunt usum rationis, quia tales subjecti horrendis passionibus, illicitum est ut ad tractanda sacra ministeria admittantur; multas rationes adducit in praesenti Gelasius, de quibus sunt videndi Maiolus lib. 1. de irregularitate, cap. 15. & nn. 62. cap. 24. Vivald. nn. 1. tract. de irregularitate, nn. 177. & seqq. Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 9. num. 10. & seqq.

2 Idem procedit in leprosis, qui etiam non possunt ad ordines promoveri; si tamen promoti fuerint, non debent coram sanis celebrare. Vnde vero leprosi haberent propriam Ecclesiam, & presbyterium poterit talis publicè celebrare, nisi periculum sit de effusione sanguinis, ut tradit D. Antoninus in summa, 3. part. iii. 29. cap. 5. Sylvest. verbo, corpore vitiatis, q. 6. Navarr. in Manuali, cap. 27. nn. 202. vers. Decimo tertio. Martin. Ledesma 24. quest. 26. art. 2. tract. de irregularitate, fol. 363. Henr. lib. 14. cap. 8. § 8. & probatur ex cap. Rectoribus, cap. Tua nos, cap. Ex parte, de clero agrotante. Amplia etiam in habentibus multam scabiem, quæ est affinis leprox, & ex eadem causa originem dicit. Henr. d. lib. 14. cap. 8. §. 8. vers. Et scabies, Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 9. nn. 9.

3 Intellige tamen lunaticos, epilepticos, paralyticos, & caducos, quibus raro contingit infirmitas, dato coadjutori sufficiente posse

ministerium divinum exercere, patet si expendas illis à lege canonica irregularitatem simpliciter non imponi, sed cau, quo morbus frequens sit, propterquam frequentiam scandalum oriatur, pro ut in effectu probat textus in cap. In tuis litteris, 7. q. 2. ac sub inde quanvis sic affecti in totum ad suscipiendos ordines prohibeantur, nihilominus tamen semota frequentia, dato coadjutore, ab ordinibus suscep- tis non removentur, ne aliâs sine propria culpa notabile dampnum patientur.

CAP. Laici. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Sustinentes infamiam, an fiant irregulares?
- 2 Infamia facti, & infamia juris distinguuntur.
- 3 Infamia juris, alia ciuilis, alia canonica.
- 4 Pellec apud antiquos quæ sis?

IN textu, ibi, Ut opinio in nullo vacillet. Ergo sustinentes infamiam, irregularitatis labe asperguntur, textus similis in cap. Qui in aliquo, 51. dist. cap. Infames, vers. Hi omnes 6. quast. 1. quod procedit tam in infamia facti, quam juris, ut resolvunt Sylvest. verbo, infamia, num. 15. Maiolus de irregularitate, lib. 3. cap. 1. num. 1. & est ratio, quia ordo ecclesiasticus attento jure, honor, & dignitas appellatur, probat textus in l. Iubemus, §. Servos, in fin. Cod. de Episcopis, & Clericis, & in cap. Cum de tua, de corpore vitiatis, ac subinde ad illum recipiendum censebitur inhabilis, qui aliquo modo infamis fuerit, juxta textum in l. 2. Cod. de dignitatibus, lib. 12. & in cap. Inter dilectos, de excessibus Prelatorum. Crimina propter quæ infamia irrogetur, vide per Sayrus de censuris, lib. 7. cap. 10.

Adde pro intelligentia, infamiam facti illam censeri, quæ ab ipso actu causatur, quoties ex illo apud bonos, & graves viros, communiter opinio hominis lreditur, l. Ea quæ, 13. Cod. ex quibus causis infamia, tradit Abb. in cap. Inquisitionis, nn. 5. de accusat. Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 17. nn. 18. de qua agit, & intelligitur textus in cap. Licet ex quadam, 47. de testibus, & in cap. Licet, 9. de probat. Infamia vero juris illa dicitur, quæ à juris dispositione incurritur, explicat eleganter Castro de justa hereticorum punitione, lib. 2. cap. 9. à principio. Inter has infamiae species notabilis datur differentia, quia prior tollitur, si apud eosdem graues, & bonos viros

Opinio restauratur, vel per factum contrarium ipsius hominis infamati, vel per pœnitentiam; advertit Abb. nu. 6. in cap. Ex diligent, de simonia, vel per aliquam sufficientem satisfactionem, juxta textum in cap. Cum in tua, 27. de sponsalib. &c in cap. Extrarum, 8. & per totum, de purgatione canonica. Infamia vero juris nec per sententiam, nec per satisfactionem, seu factum aliquod contrarium auferitur, tradit Abb. nu. 6. in cap. Testimonium, de testibus, sed solum mediante legitimi superioris dispensatione, pro ut resolvit Paulus de irregularitate, 6. part. iii. sortilegijs, na. 28.

3 Insuper infamia juris duplex dicitur, alia civilis, alia canonica; meminit huius divisionis textus in cap. ult. ibi. Non debet legalis infamia, &c. de secundis nuptijs; prior a jure civili, posterior a jure canonico imponitur. Infamia canonica, quatenus talis est, sine aliquo ampliori requisito incurritur, quoties statu criminis, seu culpa ius canonicum ad ordines ecclesiasticos recipiendos impedimentum ponit, ut probat textus in cap. Infames, &c in cap. Omnes, 9. q. I. Glossa penult. in cap. Illi qui, eadem causa, & quæ. Deficiente tamen culpa, infamia qua talis est, deficere censetur, advertit Glossa penult. in dict. cap. Illi, qui. Innoe. in cap. Testimonium, ubi Abb. nu. 6. de testibus. Sylvest. verbo, infamia, num. II. facit optime textus in cap. Nunquam, vers. Quod si, 56. dist. Infamia vero civilis multipliciter consideratur, explicat eleganter textus in cap. Infames, ad finem, vers. Porro 3. quest. 7. & per totum, ff qui notantur infamia, & Cod. ex quibus causis infamia interrogatur. Sayrus de censuris, lib. 7. cap. 10. unde inferas iure civili infamatum, perpetuo esse irregularem. Infamatum solum iure canonico, interveniente pœnitentia, regulariter posse ad ordines promoveri, juxta resoluta.

4 In Glossa ult. ibi, Pellicem. Pellex apud antiquos ea habita, quæ cū uxori non esset, cum aliquo tamen vivebat; ut tradit Iurisconsultus in L. Mafurius, 144. ff. de verborum significatione, cuius tamen interpretationem Vallias, & Perotus, non recipiunt, quoniam arbitratur latine a viris non dici, hac est pellex mea, sed potius ab uxoribus. Attamen Iurisconsultum defendit Alciatus in d. L. Mafurius, num. 3. & 4. quem videbis de discrimine inter pellicem, concubinam, pallacam, amicam, & meretricem, adi etiam Sottomaior in cap. 6. Cant. num. 7. fol. 1096. Beroald. comment. in Apul. lib. 7. Alexandr. lib. 1. Genial. cap. 24. Tiraquel. post leges connubial. Glossa 8. nu. 244. Anton. August. Archiep. Terracon. lib. 1. de emendat. Gratiani Dialogo 15. pag. 151. & 155. exponendo Concilium primum Tolet. cap. 17.

CAP. Habuisse. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Habens concubinam ante clericatū non est irregularis.*
- 2 *Verba, Tuæ conscientiæ committimus, quid importent?*
- 3 *Ambiguitas multiplex, & quomodo declaretur.*

IN textu. Collige ex illo habentem concubinam ante episcopatus, vel clericatus apicem, non esse irregularem; tradit Sayrus de censuris, lib. 9. cap. 4. nu. 21. qui textus meminit; unde assignat rationem cur possit in Episcopum consecrari, qui post uxorem habet concubinam, non autem consecrari inter virgines valet, quæ corrupta fuit. Concubinarius notorius an, & quando irregularis sit, & quis talis habendus, vide eundem Sayrum lib. 7. cap. II. num. 20. & sequentibus.

Ibi, Tuæ conscientiæ committendum. Quid debeat fieri quando aliquid relinquitur conscientiæ propriæ, vide Glossam in cap. I. de voto, verbo, Conscientia vestra. Cevallos de violentia, 2. part. quest. 137. nu. 2. An ista verba faciant, ut is, cui dirigitur talis commissio, subdelegare non possit? Vide Repertorium Felin. verbo, conscientia, ubi multa. Additionem ad Bart. in l. Unica, §. Ne autem, Cod. de cedulis tollendis. Dec. cons. 72. col. 2. & antea hoc clausula possit appellari? Vide Glossam in cap. statutum, §. Accessorem, verbo, Relinquatur, de rescriptis, lib. 6. & in Clementina I. verbo, Oneramus, de jure patronatus. Corserum in Repertorio Abbatis, verbo, Appellatio, in secunda Additione, Doctores per textum ibi Clement. ult. §. Ut autem, de religiosis domibus. Quando autem aliquid committitur conscientiæ alicuius, an possit procedere sine citatione? Vide Tiraquel. Res inter alios acta, nu. 40. Vide etiam posita ad cap. Quis autem leges, dist. 54. nu. 3.

In Glossa, verbo, Ambiguis. Agit Glossa de multiplici ambiguitate, pro illius declaratione, vide Ludoviscum Gomesium in cap. I. num. 1. & 2. de judicijs, lib. 6. eleganter Turrecremata in præsentii, nu. 4. & quomodo interpretetur, vide Tuscum tom. 2. littera D. conclusione 801.

DISTIN-

DISTINCTIO. XXXIV.

CAP. Quorundam. I.

SUMMARY.

- 1 Episcopi debent modicam familiaritatem cum mulieribus habere.
- 2 Galli venationem exercent.
- 3 Verba textus explicantur.
- 4 Pœna nostri textus non est excommunicatione.
- 5 Quo sensu verum sit, venatorem nunquam sanctum legi.
- 6 Sanctus Eustachius venator fuit.

IN textu. Collige ex illo debere Episcopos immoderatam familiaritatem cum mulieribus etiam consanguineis vitare, de quo vide quæ scripsimus ad cap. Quoniam, 13. nu. 6. supra, dist. 31. & ad cap. Inseparabile, 16. nu. 2. supra, dist. 32. & ad cap. Hospitiolum, 17. eadem dist. Adde eleganter Abbatem in cap. 1. nu. 3. de cohabitatione clericorum, & mulierum. Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 37. Glossa 3.

Ibi, Gallos. Igitur Galli venatione gaudent, ac se exercent, ut tradit Grguinus, huius nationis, Historicus, lib. 2. in principio, loquens de Rege Clotario, & lib. 3. de Rege Dagoberto, & lib. 4. de Carolo Magno, de quo vide Tiraquel, de nobilitate, cap. 31. nu. 138. ubi nostrum textum refert, & numeris sequentibus multa de venatione prosequitur.

Ibi, Ab immoderata familiaritate. Non ex ea ratione, quod carnaliter ad filiam accederet, quia hoc non videatur verisimile, quod aliquis suspicaretur, cum naturale fœdus, tam sœvum crimen suspicari non permittat, sed ratione immoderata familiariatis, ex qua contemptibilis habebatur; & inde merito reprehenditur; vide Gregor. Lopez dict. Glossa 3. Azeveda nova recopilat. lib. 8. tit. 2. l. 2. nu. 33.

Ibi, Excommunicatus abscedat. Glossa intelligit textum, ut talis episcopus non interficit cum alijs in negotijs communib; V.g. ut non vocetur ad consecrandum aliquem episcopum, vel ad alia negotia tractanda; unde probabile est pœnam, de qua hic fit men-

tio, non esse propriam excommunicationem, sed solam separationem quantum innegotijs, & alijs ministerijs, ut eleganter explicat S. de censuris, disput. 24. sect. 1. num. 5. Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 5. Glossa ult. Menoch. de arbitrar. casu 418. nu. 12. in fine.

Ibi, Venatorem nunquam legimus sanctum. Hæsit animus aliquid dubius, & perterrefactus, cum in nostro textu hanc sententiam à Divo Hieronymo in venatores fulminatam legi. Quapropter non nihil immorabor in explananda illius sententiae gravitate. Quid igitur damnosum est in arte venatoria, ut ab illa omne sanctitatis vestigium, immo ne commercium abigatur? An quia inter feras vitam degunt, ferinos addiscunt mores? An quia miserandam in animalibus exercent carnificinam, multum inde sanguinariae crudelitatis assumunt, & mentem induunt ab omni pietate alienam? Ita quidem colligitur ex sacris doctoribus. Videatur D. August. enarrat. in Psalm. 149. Pineda in cap. 16. Job. vers. 10. num. 3. & 7. Ferdinandus Salazar Proverbior. cap. 12. versu 27. nu. 123. ubi fraudulentos homines venatori dicit persimillimos, ipsamq; artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis esse conuentam. Et propter hoc (inquit Abulensis) sancti viri non se dederunt huic occupationi, sicut pescationi; quia venatio vix sine nocturno proximi exercetur, ideo non legitimus sanctos venatores, sed pescatores. Ita Abulensis. Matth. cap. 6. q. 43. in fine. Hinc ego existimo in illos monachos acriter à Pontifice animadversum esse, qui venationi stuperent. Habetur in Clement. 2. de statu monachorum, à venationibus, & occupationibus omnes semper abstinent. Ac si pietatis ardor, fervorq; virtutis venationibus intepescat, ipsaq; religionis observatia in peius ruat. Adde quod sacer textus venationis nomine omnem tyrannidem, crudelitatemq; designat, ut eruditè firmat Deltius in adag. sac. adag. 13. per totum.

In Glossa, verbo, Venatorem. Obijcit Glossa de sancto Eustachio, qui venator fuit, & solvit dicens, quod deserviens venationi non est sanctus, sed qui semel fuit venator potest postea effici sanctus, perfecta iam penitentia; quod dictum sequitur abb. in cap. L. vers. Et pro illa, de clericis venatore, declarat Franciscus Marcus decis. 529. ex num. 7. part. 1. Petrus Gregorius in syntagma juris, lib. 39. cap. 10. num. 13. Abulensis in Mattheum, cap. 6. quast. 43. vers. Si autem obijcatur. Thom. Vallase, allegat. 31.

CAP. Episcopum. II.

SYMMA RIV M.

- 1 Concilium Aurelianense 4. quando celebratum?
- 2 Venatio prohibetur episcopis, & clericis.
- 3 Poena, qua puniuntur episcopi, & clerici venatores, & an teneantur capta restituere?
- 4 Ratio quare clericis venatio, non piscatio interdicatur?

IN superscriptione, ibi, Ex Concilio Aurelianensi 4. Quod fuit provinciale, celebratum circa tempora Pelagij Papæ primi, & tempore Childeberti Regis, refertur tom. Conciliorum, sed revera non invenitur in Concilio noster textus, ut bene advertit Additio Gregoriana, in praesenti, quam consule.

- 2 In textu. Quem inepte recitat Palea ex Concilio Aurelianensi 4. quo probatur episcopis, & clericis venatione esse interdictam; non enim bonum est summere panem filiorum, & mittere canibus, Math. cap. 15. nu. 26, insuper venatio plena est clamoris, & ob id immoderata efficitur; atque ita episcopis, & clericis, quos honestas maximè decet, minimè apta; idem decidit textus in cap. 1. & 2. de clero venatore; quod intelligendum est, nisi causa recreationis honestæ, vel sanitatem recuperandi id fiat, quibus casibus licita est venatio cum retibus, & laqueis, & etiam canibus, si cum modestia fiat, ut ex Abb. in cap. 2. ad fin. de clero venatore, & alijs tradit Menoch. de arbitrar. casu 413. num. 13. & ibi. Bernardus Dias in praxi criminali, cap. 61. num. 6. Didacus Peres lib. 2. ordinamenti, tit. 22. l. 1. pag. 423. Tiraq. de nobilitate, cap. 37. nu. 148. Franciscus Marcus decis. 529. nu. 9. part. 1. Sebastianus Medices de venatione, piscatione, & aucupio, p. 1. q. 8. ex nu. 17. & idem in monachis practicari tradit Medina in Cod. de restituut. q. 12. col. 1. Franciscus Marcus d. decis. 529. nu. 11. Natta cons. 640. ex nu. 2. Mandofius de inhibitionibus, q. 62. nu. 4. Thomas Vallase. allegat. 31. latissimè Salzedo in pract. crim. cap. 76. per totum.

- 3 Ibi, Tribus mensibus suspenderatur. Agit textus de poena, qua puniuntur episcopi, vel clerici venatores, de quo vide Menoch. d. casu 413. nu. 17. Franciscum Matcum, ubi supra, num. 9. Medices de venationibus,

1. p. q. 8. nu. 5. Bernardum Dias d. cap. 61. num. 1. Petrum Gregorium in syntagma juris, lib. 39. cap. 10. nu. 14. Salzedo in pract. crim. cap. 67. in princip. Licet tamen clerici contra prohibitionem venationi operam dederint, capta ab se in foro conscientiae restituere non tenentur, ut tradit Covar. in regula peccatum, 2. p. §. 8. nu. 3. Medices de venationibus, p. 1. q. 3. nu. 14. & q. 7. num. 12. Menoch. casu 413. nu. 19. Petrus Navarr. de restituut. cap. 1. ex nu. 290. p. 1. lib. 3.

Rationem quare clericis venatio, non pescatio, interdicatur, refert Abulensis in Matthaeum, cap. 6. q. 43. in fine, nempe, quia pescatio potest fieri sine alicuius detimento, cum fiat in mari, vel flumine. Venatio autem quæ sit in terra, vix sine nocimento proximi exercetur, ut supra iam expendi in cap. Quorundam, hac eadem dist. nu. 6. aliam rationem tradit Glossa 2. in cap. Esau, infra, dist. 86. Menoch. dict. casu 413. nu. 20. Franciscus Marcus decis. 529. nu. 10. part. 1. Natta d. cons. 640. nu. 3. & undecim rationes assignantur per Sebastian. Medices de venationibus, 1. p. q. 8. cum sequentibus.

CAP. Omnibus. III.

SYMMA RIV M.

- 1 Laicis, an tempore jejunijs, & quadragesima venatio sit prohibita?
- 2 Quatuor sunt species venationum.

IN textu. Textus similiter agit de clericis venatoribus, qui specialiter dicuntur servi Dei, nam in fortem Domini sunt assumti, sed forsitan etiam de laicis potest intelligi per verbum, Omnibus, quibus tempore jejunijs, & quadragesima venatio est prohibita, cap. An putatis, 86. diff. eo enim tempore in Ecclesia omnes conveniri debent, juxta illud. Advenerunt dies penitentia ad redimenda peccata, ad salvandas animas; licet tamen laici eo tempore venationi operam dantes, capta restituere non teneantur, ut tradit Covar. in regula peccatum, 2. p. §. 8. nu. 3. Sebastianus Medices de venationibus, p. 1. q. 3. nu. 12. & q. 7. num. 13. Immo ex consuetudine, quæ videtur in hac parte prevaluisse, possunt laici etiam his temporibus absq; peccato venationem exercere, quanvis in die festo id faciant, ut advertit Suar. tom. 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 28. nu. 5.

Notabis insuper quatuor species venationum à Doctoribus constitui, scilicet oppressivam, adulatoriæ, arenariam, & saltuosaam, de quibus agunt. Glossa, verbo, veluptate, in cap. 1. de clero

venatore. Abulensis in Matibaeum, cap. 6. quest. 43. Didacus Perez lib. 2. Ordinamenti, tit. 22. l. 1. pag. 422. col. 2. ad fin. Cassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. nu. 8. & in Catalogo gloriae mundi, 2. part. considerat. 50. Petrus à Navarr. tom. 2. de restitutione, lib. 3. cap. 1. ex nu. 288. Franciscus Marcus decis. 529. p. 1. Petrus Gregorius in syntagm. juris, lib. 39. cap. 10. optimè Menoch. de arbitrar. casu 413. ex nu. 3. Thomas Vallasc. allegat. 31. nu. 6. Barbos. ad Ordinat. Lusit. lib. 5. tit. 88. per totū.

CAP. Is, qui. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Toletanum i. quando celebratum?
- 2 Concubina quæ dicatur?

IN superscriptione, ibi, Ex Canonone Tolet. i. Quod fuit provinciale novemdecim Episcoporum tempore Honorij, & Archadij, adversus Priscillianistas Hispaniarum Ecclesiæ infectantes, celebratum, Patrono Episcopo præsidente, Pontifice Anastasio, sub die septimo Idus Septembris, anno Domini 406. refertur i. tom. Conciliorum, ut ex Ambroso Morales, Joanne Mariana, colligit Padilha in epitome Conciliorum. Sed Baronius tom. 5. annal. anno Christi 405. §. Hor anno celebrata, contendit Concil. Tolet. primum fuisse celebratum anno 4. Innocentij Pontificis, qui Anastasio successit, quem late videbis, qui multa eruditè congerit.

2 In textu, ibi, Concubina.
Concubina hic intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis in uxorem ducitur, qui modus loquendi est in jure humano, & apud sanctos Patres usitatus, quod illa, quæ cum solemnitatibus tradatur, vocetur uxor; quæ autem affectu conjugali accipitur, & tamen sine dotatione, & subarrhatione vocetur concubina, & licet teneatur, ut habet noster textus, qui licitam facit conjunctionem cum concubina, quod tamen falsum esset, nisi verè uxor extisset, prosequitur eleganter Abulens. cap. 19. judicum, q. 4. §. Considerandum autem, qui nostri textus meminit. Gregor. Lopez part. 4. tit. 14. in proœmio. Glossa 3. Idatissime Anastasius Germanius. lib. 1. animadversionum, cap. 11. quem omnino videbis. In lege veteri, Abraham post Saram habuit uxorem Agar, & postea Ceturam; & quia istæ duæ non fuerunt acceptæ cù solemnitate, quanvis essent uxores affectu, &

in veritate, dictæ tamen sunt concubinæ, ut Genes. cap. 25. idem habetur lib. Iudicum, cap. 19. ubi uxor vocatur concubina late Abulens. dict. quest. 4. post principium. Adde posita ad cap. sequens, nu. 4. & lege Sotomaior ad cap. 6. Can. nu. 7. ubi eleganter.

CAP. Christiano. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Pluralitas uxorum, an prohibeatur attento jure naturali? & nu. 2.
- 3 An possit consuetudine introduci, ut vir plures habeat uxores?
- 4 Concubina an permittantur?

IN textu, ibi, Duas simul. Refert nostrū textum Gregorius Lopez part. 1. iii. 5. l. 35. Glossa 4. ubi alia jura cumulat. Sed dubitatur an prohibitio hæc sit attento jure naturali, aut attenta solum lege Evangelica? In quo dubio omnes fatentur pluralitatem viorum respectu unius uxoris interdictam esse jure naturali, matrimoniumq. cū alijs eodem jure irritari, quia repugnat fini matrimonij, nam fœmina plures simul vi os ordine successivo ad coitum admittens, inepta redditur generationi, ut in meretricibus experientia docet. Comprobat D. Augustin. de bono conjugali, cap. 17. & lib. 3. de doctrina christiana, cap. 12. Cyprian. de vanit. idolorum. Hieronym. lib. 2. contra Iovin. Tertullian. in apolog. cap. 39. Quare Doctores communiter dicunt non cadere dispensationem, ut una uxor pluribus viis nubat; & Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap. 11. post secundam prepositionem affirmat, nec Deum posse in id dispensare, eo quod sit contra principia juris naturæ: sed non dari repugnantiam quin Deus possit dispensare, post nonnullos defendit Sanch. de matr. lib. 7. disp. 8. nu. 15. Maius dubium insurgit, circa pluralitatem uxorum respectu unius viri, quidam enim existimant, nec jure naturali, nec divino antiquo prohibitam esse, ut tradit Durand. in 4. dist. 33. q. 1. num. 9. & id. Caietan. in Genesim, cap. 16. post principium. Abulens. 1. Regum. cap. 8. q. 25. & in Mattheum, cap. 19. q. 30. & quest. 33. Veracruz in speculo conjugiorum. 2. p. art. 45. conclusione 1. & 2. ducuntur quia, omnia illa, quæ nō sunt de se mala, quantumcumq. jure naturali prohibeantur, possunt lege humana justis de causis constitui, cap. Eisi Christus, ibi. Quadam vero de jure jurando; sic servitus contra ius naturale fuit

Sunt inducēta i. *Manamissiones*, ss. de *justitia*, idem
de *divisione rerum*, probat cap. *Dilectissimis*, ibi. *Per*
iniquitatem, 12. q. 1. At pluralitas uxorum non
est de se mala, quia est dispensabilis, saltem
per *divinam potentiam*. *Contraria tamen opinio*
est amplectenda tanquam *catholicā veritatis*, ut tradit D. Thom. in 4. *dist.* 33. q. 1. art. 1.
in corpore. *Ledesma* 2. quarti, q. 67. art. 1. *Bellarmin.* lib. 1. de *matrimonio*, cap. 11. proposit. 2. *Henriq.* lib. 12. de *matrimonio*, cap. 6. nu. 1. plurimos
citat *Sanct. lib. 7. disp. 80. nu. 8.*

Vnde sequitur nulla consuetudine posse
3 pluralitatem uxorum constitui, cum prævale-
re nequeat adversus ius naturale, & divinum
positivum, ut tradunt *Sotus* in 4. dist. 33. q. 1.
art. 2. col. 8. *Covar.* in 4. 2. p. cap. 6. §. 3. num. 1.
Sánchez, ubi supra, nn. 10. Sequitur etiam non
posse Pontificem in hac uxorum pluralitate
dispensare, *cap. Gaudemus*, §. *Quia vero de divor-
tijs. D. Thom.* in 4. dist. 33. q. 1. art. 2. in corpo-
re. *Sotus* in 4. dist. 33. q. 1. art. 2. conclus. 4. *Ca-
vay* in 4. 2. p. cap. 7. §. 3. num. 1. *Henriq. lib. 12.
cap. 6. nu. 3. Sánchez*, ubi proximè, nn. 9. Seque-
tur ultiò posse Deum dispensare in hac uxo-
rum pluralitate, quia nulla invenitur repug-
nacia; sic Patres legis veteris ex dispensatio-
ne divina plures uxores habuerunt, quæ dis-
penſatio non erat concessa in externa aliqua
ſcriptura, ſed inſpiratione interna, facta Patri-
archis, de qua vide *Bellarmin. de matrimonio. lib. 1.
cap. 11.* post alios *Sánchez lib. 7. disp. 80. num. 11.*
& 12. *Lege de tota hac quæſtione Franciscum
de Mendoça. tom. 1. in lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 2. annot. 5.
ſect. 2. per totam.*

4 albi, Loco uxoris concubinam.

Vnde videtur textus concubinas permittere; sed impropter hic appellantur, quæ non sunt traductæ solemnitatibus habitis, ut sentit *Glossa* in *præsenii*, explicat *Perez* lib. 8. *Ordinamenti*, iijt. 7. l. 4. sol. 202. ad fin. Nam cum vir, & uxor sunt imparis status, existente maioritate ex parte viri lex non dicit ipsam uxorem, sed concubinam vocat, nisi dotalia instrumenta intervenient. *Paleotus de notbis*, & *spurijs*, cap. 5. nro. 3. & cap. 12. nro. 13. latius *Abulens*. cap. 19. *Judicum*, q. 4. §. Considerandum, ante finem, qui uterque nostri textus meminere. Adde posita ad cap. 1s, qui, num. 2. supra eodem. *Albertinum de agnoscendis*, q. 23. u. 48. *Menoch*, de arbitrar. casu 418. nro. 14. *Guiliel*, *Canon*, lib. 2. cap. 7. nro. 30.

CAP. Auditi. VI

Non licet concubinos habere.

2^a. *Catholici qui dicantur?*
3^a *Dicitio, Si, quid importet?*

In textu. Quem ex dictis Augustini adducit Palea ad probandum nulli esse licitum concubinas habere, quod paucis mutatis tradiderant antea Birchard. lib. 9. cap. 15. Pannormia lib. 6. cap. 43. concubinatus à lege nomen sumpsit, Palcoitus de not. & spurijs, cap. 9. nn. 8. An lege civili fuerit unquam interdictus, vide eundem cap. 12. nn. 10. & cap. 11. nn. 1. latè Menoch. de arbitrar. casu 418. d. nn. 13. eleganter Anastasius German. lib. 1. animadversionum, cap. 11. in princip. negative resolventes.

Ibi, Catechumeni. Catechumeni sunt noviter cedentes, non tamen baptizati, ut docet Nicolaus Plovius de sacrificio Missæ, cap. I. nn. 1. Vtrum autem possit christianus appellari, & sit subjectus Papæ, & moriens in Purgatorium ire possit? Vide Navarr. in Commentario de Iubileo, notab. 31. nn. 48. vers. An autem, & vers. Sed contra. Suar. de fide, disp. 9. sect. 1. nn. 18. ubi disp. 16. sect. 4. nn. 9. resolvit catechumenum posse esse hæreticum, & disp. 19. sect. 5. num. 9. addit non posse puniri ab Ecclesia, propter hæresim, ut nec ille, qui invalide baptismum suscepit, ut expressè docet dicta disp. 19. sect. 5. nn. 8. Quapropter in propositis quæstionibus breviter hanc adhibe resolutionem. Catechumenus non est pars, vel membrum Ecclesiæ. Ita Azor. institut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 20. §. Dicendum, & idem sentiunt D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 9. ad 3. Canus lib. 4. de locis, cap. 2. vers. At Papa. Turrecremata in summa, lib. 1. cap. 8. ad 8. argum. afferentes Catechumenum non esse partem Ecclesiæ, quatenus est baptizatorum congregatio. Et similiter in hoc sensu non potest dici christianus, pro ut christianus includit characterem baptismalem; neque etiam subjectus Papæ, quia adhuc est extra baptismum, qui est janua Ecclesiæ. Si verò Catechumenus in tali statu moriatur, & in gratia decebat, salutem procul dubio consequetur, ut ex D. Ambrosi. supponit Suar. de fide, disp. 9. sect. 1. nn. 18. ubi tanquam probabilius tenet eundem catechumenū esse inter membra Ecclesiæ numerandom. Nostram tamen sententiam superiori modo explicatam; præter citatos, defendit Sanchez in deca logium, lib. 4. cap. 37. nn. 36. & 37. ibi affirmat, prælatos ecclesiasticos ideo non posse dispensare in votis catechumenorum, quia hi non subduntur spirituali Ecclesiæ jurisdictioni. Videatur. Egidius de Sacram. q. 68. art. 3. dub. unico, num. 41. deinde A. et C. reg. 11. si dabis omnino

Ibi, Si vos. Quæ dictio, si, importat id
quod, quando, ideo testator
instituens vobrem uxoris si esset pregnans, &
parit

pariet unum, vel plures filios, censetur instituisse omnes filios natos in una, & pluribus vicibus post testamentum, ac si dixisset; instituto ventrem uxoris, quando erit prægnans, docet Bald. conf. 233. proponitur quod dictus, num. 1. Vers. Et dictio si, lib. 5.

CAP. Fraternitatist. VII.

- 1 Mulier corrupta an possit inter moniales cooptari?
- 2 Suspensionis pœna semper est evitanda.
- 3 Aetas senilis incontinentie suspicionem aufert.
- 4 Ecclesiastici judices, an possint judicare de laicis concubinarijs?
- 5 In pœnis non datur optio reo, sed judicē.

IN textu. Quem refert Tiraq. l. 1. connubial. Glossa l. p. 1. num. 45. ad finem, & per illum docet, quod licet mulier corrupta inter sanctorumales cooptari non possit, cap. Iuvéniales, 20. quest. 1. tamen vir corruptus, & sacrī, & religioni mancipari potest; & etiam in Episcopum consecrari, quia multò est turpior impudicitia in muliere, quam in viro. Adde Cevall. in practic. q. 556. late Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 4. nu. 21. Recurre ad cap. Acutius, 2. nu. 3. distinct. 26.

Ibi, Defectus nostrorum temporum. Citat Abb. in cap. Alsi clerici, num. 34. vers. Et attende, de iudicijs, ad hoc, quod suspensionis pœna semper est evitanda, sequitur Decianus conf. 72. num. 5. in fin. vol. 3. unde dicit Glossa ult. in cap. 1. distinct. 81. quod nunquam quis deponitur, nisi pro casu in jure expresso, prosequitur idem Decian. nu. 6.

Ibi, Aetas istius. Igitur aetas senilis futuræ incontinentia suspicionem aufert, ut ex nostro textu deducit Tiraq. l. 6. connubial. Glossa l. part. 6. nu. 9. qui multa adducit. Alciatus de presump. reg. 2. presump. 1. nu. 8. Menoch. de arbitrar. casu 89. nu. 55. Nam semper pro senioribus presumitur. Tiraquel. de primogen. in prefatione, num. 150. & sequentibus.

Ibi, Monasterio tradatur. Ergo non potest negari, quin de laicis concubinarijs ecclesiastici judicent. Accedit quod in cap. de officio Ordinarij, facultas sit prelatis ad

inquirendum, & ulciscendum omnia criminia; cum ergo concubinatus laicorum crimen sit legibus divinis, & ecclesiasticis damnatum; cap. Nemo, §. In eodem, 32. q. 4. poterunt laici de hoc criminie ab Ecclesia judicari, ut expressum est in Trid. sess. 24. de reformatione matrimonij, cap. 8. prosequitur Farinac, de delictis carnis, q. 138. num. 77. qui noster textus meminit, sed prius debent admoneri, juxta idem Concilium. Si tamen laici convenientur, & accusentur de concubinatu ante admonitionem, in iudicio Ordinario, ut convincantur de culpa ad effectum, ut admoneantur, non poterunt forum ecclesiasticum declinare, & sic praxis observat, quoniam ecclesiastici judices, qui possunt laicos admonere, ut recedant à culpa, possunt etiam omnia facere, quæ ad illud recte peragendum opportuna videbunt, ex l. 2. f. de jurisdictione, cap. Præterea, de officio delegati.

In Glossa, verbo, Professura, ibi, Dat optionem. Ergo in pœnis alternative appositis non datur optio reo, nec debitori, sed judicii, similis Glossa in cap. à crapula, verbo, vel beneficio, de vita, & honestate clericorum, Glossa finalis, in cap. Sicut, de Iudeis, & utrobiq. DD. Latissime Felin. in cap. Inter ceteras, à nu. 5. de rescriptis, & ibi Decius, nu. 9. & seqq. Antonius Gomes tom. 3. cap. 1. nu. 39. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 94. alios refert. Cened. collectan. 59 ad Decretales, nu. 4. Ratio principalis est, quia pœna est cōmensuranda delicto. cap. Non afferamus, 24. q. 1. & hanc cōmensurationem nunquam facit reus, quia semper eligeret minorem, & ideo frustra lex loqueretur alternativè, imò potius ad judicem pertinet de pœna deliberare secundum meritā cause, & qualitatem negotij. l. Padius, vers. Et omnino; ut in ceteris, ff. de incendio ruina. l. Respicendum, in principio, ff. de pœnis.

CAP. Si quis, de laicis. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui præter uxorem, aliam cognoverit, non debet clericus fieri.
- 2 Diclo, in, quid denotet?
- 3 Covarr, nostri textus meminit.

IN textu. Desumptus ex Concil. Aurelianensi, vel potius Gerundeni, cap. 8. quo statuitur, non debere admitti ad Clerum, qui præter uxorem aliam cognoverit mulierem, quod debet intelligi de illis homini-

hominibus, quorum peccata sunt notoria, si autem non essent manifesta, nunc posset Episcopus illos ordinare, argumēio texus in cap. Ex tempore de temporibus ordinat. & vide posita ad cap. Habuisse numeri supra, distinct. 33. Et ad cap. i. nu. 6. eadem dist.

2 Ibi, In. Hec dictio iuncta ablativo causi, denotat intrinsecitatem. Bart. in l. Gallus, §. Ille casus, ss. de liberis, & postibimus. Si adiicitur personae in accusativo, importat idem, quod contra, pro ut si statutum dicat actionem dari in heredem. Bart. ubi proxime nu. 3. & de multiplici significatu huius dictionis, in, vide plenius Roman. cons. 379. Questio est, in principio, & nu. 6. Prepossum in cap. Si Papa, nu. 7. dist. 40. Oldrad cons. 49 num. 9. Idem Barth. in l. Sed, & questionis, ss. de iniurijs, & in l. Licitatio §. Quod illicet, nu. 5. ss. de publicanis. Decian. tractat. criminali. lib. 6. cap. 19. nu. 9. Alexand. in l. cetera, §. Hoc senatus nu. 6. ss. de legatis, 1.

3 In §. Quod ego in fine, ibi, Peitingere valeat. Debigamia hic contenta agit late Covar. in Clement. Si furiosus, de homicidio, p. 1. §. 2. nu. 2. vers. Terro, qui nostri textus meminit.

C A P. Curandum. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Hilarius Pontifex quis fuerit?
- 2 Synodus Romana quo tempore celebrata?
- 3 Qui virginem non duxerit uxorem, non debet ad ordines promoveri.

IN superscriptione, ibi, Hilari⁹. Fuit Hilarius natione Sardus, patre Crispino, creatur Pontifex anno Domini 461. Sedit annos sex, menses decem, moritur 4. Idus septembrib⁹, constituit ne Pontifices successorem sibi eligerent, quæ institutio ad omnes Ecclesiasticos gradus pertinet, fecit decretalem, & per uniuersum orbem sparsit Epistolam de fide catholica, cōfirmans tres synodos, Nicenam, Ephesinam, & Chalcedonensem, quibus Eutichem, Nestorium, & Dioscorum cum sectatoribus damnavit; sunt qui scribant Merlinum Angelum vatem insignem his temporibus fuisse, de quo plura, fortasse quām fas est circumferuntur. Vide Platinam, & Panarium in ipso Hilario, latè Baron. tom. 6. annal. anno Christi. 461. & sequentibus.

2 In eadem superscriptione, ibi, In synodo Romana. Celebrata decimo octavo Ka-

lend. Decembrib⁹, anno Christi 465. conueniebant enim eo tempore Romæ quadraginta, & octo Episcopi ad natalem diem ipsius Hilarij Pontificis, ex more solemniter celebrandū; huius igitur occasione Episcoporum convenitus, Hilarius Papa Romæ synodū habuit. Vide Baronium anno Christi. 465. §. Hoc eodem anno, qui latè omnia refert.

In textu, Collige ex illo, quid non debet ad sacros ordines accedere, qui virginem non duxit uxorem, de quo vide quæ scripsimus ad cap. nemo nu. 4. & 5. supra, dist. 32. Adde Suarium de censuris disputat. 48. sed. 1. num. 4.

C A P. Præcipimus. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores, qui nostri textus meminerunt.
- 2 Ex defectu litteraturæ irregularitas incurritur, & an tales priuentur suis beneficijs?
- 3 Qui in iure Canonico dicantur illiterati.
- 4 Corpore vitiati an sint irregulares?

IN textu. Cuius meminerunt. Gregorius Lopez part. 4. tit. 1. l. 4. Gleba. 4. Lancelotus Conradus in templo omnium induit. lib. 2. cap. 1. §. 4. vers. Bigamia nu. 1. Suarius de censuris disp. 49. sect. 1. num. 4. Campanile diversorum iuris Canon. Rubr. 11. cap. 17. num. 1. Bernard. Diaz in practic. cap. 16. num. 2.

Ibi, Ignorantem litteras. Igitur ex defectu litteraturæ irregularitas incurritur, de quo latè agunt Bernard. Dias in pract. cap. 21. Suarius de censuris disp. 51. sect. 1. num. 8. Vivald in Candelabrum tractatu de irregularitate nu. 90. Maiolus de irregularitate. lib. 1. cap. 22. Sayrus de censuris lib. 9. cap. 13. n. 4. Lancelotus Conrradus vbi supra, vers. illitteratus. Vnde clericus ignarus, qui de facto sacris ordinibus insignitus, non potest administrare in ordinibus susceptis, docet. Suarius d. sect. 1. nu. 9. Et arbitrio iudicis venit puniendus, immo privati potest suo beneficio, quia collatio beneficij facta tali non tenuit, vt notat. Francus per textū, ibi in cap. vlt. de temporibus ordinandorum, nu. 2. alios referens, sequitur. Bernard. Dias d. cap. 21. nu. 3. & 4. vbi Salzedo in additionibus littera G, Addc Concil. Trid. sess. 21. cap. 6. vbi Sancitur, illitteratos, & imperitos clericos, Rectores Ecclesiarū privados non esse, si alias honestæ, & probæ vitae fuerint, sed ab Episcopis illis coadiutores deputandos

putandos esse, quam decisionem procedere tantum in iam promotis tempore Concilij tenet Salzedus, ubi proximè. Adde posita ad cap. Illiteratos, nū. 1. infra, dist. 36.

Sed dubitatur, quid in iure Canonico sit illitteratus, ut dicatur esse irregularis; in quo dubio dicit Navarr. in Manual. cap. 27. nū. 205. & in cap. Si quando, de rescriptis, except. 13. nū. 1. alios referens, quod ille dicitur illitteratus, qui nescit legere, scribere, & construere. Hodie vero, quæ peritia sufficiat ad ordinēs suscipiendos declaratur in Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 4. §. 11. 13. & 14. de qua agunt Suar. d. nū. 8. Sayrus d. cap. 13. nū. 6. Quis autem possit dispensare in hac irregularitate, docet Suar. nū. 10. Sayrus nū. 9. De scientia vero, quæ requiritur in Episcopo, vide posita ad cap. Omnes, infra, dist. 38.

Ibi, Corporis vitiatum. Vnde habentes trūcum, aut vitiatum corpus, non debent ecclesiasticos ordines suscipere, cap. 2. ubi Glossa, verbo, deformitatem, de clero agrotante, cuius irregularitatis figura præcessit in veteri testamento, ut constat Levit. cap. 21. ubi multa corporis vitia numerantur, quibus ministri veteris testamenti carere debebant; nam corporalis macula, animi etiam fæditatem, morumq; deformitatem indicat, ut luculenter tradit Tiraq. l. 2. connub. Glossa 1. à nū. 54. Bernard. Dias in practic. cap. 17. nū. 4. transcripsit Campanile diversorum iuris Canonici, rubr. 11. cap. 17. nū. 2. Sic apud Etnicos, qui corporis labem patiebantur, à suis sacerdotijs longe repellebantur, tradit latè Bernard. Dias d. cap. 17. nū. 3. quæ tamen deformitas irregularitatem producat, videbis Bernard. Dias d. cap. 18. à n. 7. Suar. de censur. disp. 51. sect. 2. nū. 9. & seqq. Campanile d. cap. 17. n. 34. & seqq. Sayrum d. lib. 6. de censur. cap. 8. per totum. Atq; ex illis particularia, & determinata corporis vitia veniunt declaranda.

CAP. Si cuius. XI.

SUMMA RIVM.

1 Sacerdos non debet fieri, cuius uxor adulterium cōmisit, & an hoc procedat si maritus adulterium ignoraverit? & nū. 2. & 3.

4 Maritus accusans uxorem de adulterio, an sit irregularis, si ob mandatum iudicis, pendente accusatione uxori solvat debitum?

In textu. Collige ex illo non debere illū sacerdotem fieri, cuius uxorem constat adulterium cōmisisse; tradunt Sayr. de censur. lib. 6. cap. 4. nū. 18. Greg. Lopez p. 1. tit. 5. l. 35. Glossa 6. Navarr. in cap. Inter verba, conclus. I. nū. 22. Suar. de censur. disp. 48. sect. 3. nū. 14.

Dubitatur tamen, an sit bigamus, & irregularis, qui ignorans uxoris adulteriū, eam post adulterium cognoscit? Partem affirmativam tenet Glossa in præsenti, post princip. vers. Dic ergo, Navarr. in Manual. cap. 28. nū. 195. vers. Secundò dico, Covar. in Clem. Si furiosus, 1. p. §. 2. nū. 3. & esse omnium Canonistarū dicit Sayrus, ubi proximè, nū. 19. vers. Secunda opinio, qui eam sequitur Toled. lib. 1. summa, cap. 226. nū. 6. Henr. lib. 12. de matrim. cap. 6. nū. 10. Gutierr. Canon. lib. 1. cap. 25. nū. 5. infinitos referens Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 48. nū. 15. vers. Et ideo, Suar. de censur. disp. 48. sect. 3. nū. 15. Ratio est, quia hæc bigamia oritur ex defectu significationis Sacramenti, qui æque invenitur, sive scientia, sive ignorantia adsit.

Mihi tamen contraria opinio, non videtur improbabilis, quando ignorans adulteriū uxoris, eam postea cognoscit; nimis enim durum est, ut quis absq; culpa sic puniatur, nam ut aliquis incurrat irregularitatē, necesse videtur ut actiones illæ ob quas irregularitatē contrahit, sint voluntariæ, & ex iudicio rationis, quod aufert ignoratiā, quam opinionem tenet Rebuf. de pacificis posseboribus, nū. 194. Emman. Sā in summ. verbo, Irregularitas, ubi de bigamia, nū. 3. Greg. Tholosan. in syntagn. iuris, 2. p. lib. 16. cap. 10. nū. 8. Petrus Ledesm. de matr. q. 66. art. 3. col. penult. & ante illos doctissimus Innocēt. incap. Inquisitione nū. 1. post princip. de sentent. excōmunicat. infinitus Glossa in cap. 2. verbo, in bigamis, de bigamis.

In Glossa, verbo, Admitti, post principium, in vers. Sed pone.

Cōtrovertit Glossa, an maritus accusans uxore de adulterio, si pendēte accusatione solvat debitum uxori corrupte, ad mandatum iudicis, sic irregularis? Et glossator dubius est, & utramq; partem æquè probabilem existimat. Quidam negant, quia iniustè puniretur ob actum ad quem tenetur, Palatius in 4. dist. 27. disp. 4. col. 4. Innocēt. in d. cap. Inquisitione. nū. 1. de sentent. excōmunicat. & ibi Ioann. Andr. nū. 3. Butrius num. 12. Ancharr. nū. 3. Contraria tamen opinio cōmuniis appetit, quia datur significationis defectus, ut post D. Thom. docet Sotus in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. conclus. 5. Castro de lege pœnali, lib. 1. cap. 4. ante fin. Henr. lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 6. Navarr. in summ. cap. 16. nū. 27. Covar. in Clem. Si furiosus. 1. p. §. 2. nū. 2. vers. Quartū. Sayrus de censur. cap. 4. nū. 20. refert plures Sanch. d. lib. 7. disp. 85. nū. 17. Suar. de censur. disp. 48. sect. 3. n. 17.

CAP.

CAP. Si laici. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Gratianus ad quid inducat nostrum textum?
- 2 Clericus coniugatus, si eius uxor fuerit adultera, an perdat privilegium clericale?

IN textu. Pergit Gratianus inducens hoc caput Martini Pontificis, ad probandum non debere ad sacerdotium promoveri, quorum mulieres adulterium cōmiserunt; de quo vide posita ad cap. supra proximum. Adde Zabarellam in Clement. cun. eo, nu. 4. post principium; eleganter Capella Tholosan. decis. 255. Porro de Martino Papa vide quæ scripsimus ad cap. ult. nu. 1. dist. 24. & ad cap. 1. nu. 1. dist. 27.

2 Ibi, Post ordinationem clericorum. Igitur clericus coniugatus cum unica, & virgine, si eius uxor palam adultera fuerit, si is postea facto cum ipsa cohabitetur, dicitur esse bigamus; non poterit tamen Curia temporalis propter aliquod malum fūcum illū iudicare, quia licet sit bigamus, quoad legem promotionis, non autem quoad privilegium concessum clericis coniugatis, per cap. Vnic. de clericis coniugatis, lib. 6. probat utrumq. Capella Tholosan. decis. 64.

CAP. Si quis viduam. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui ante baptismum cum vidua cōtrahit, non debet ad clericatum admitti. & nu. 2.

IN textu. Collige ex textu illum, qui ante baptismum viduam duxit uxorem non debere ad clerū admitti, sed obstat quod per baptismum quis efficitur novus homo, & ideo omnis macula, & indecentia tollitur. Iuvat, omnem irregularitatem esse de iure positivo, omne autem positivum ius dirigitur tantum ad baptizatos, unde non est extendendum ad defectus ante baptismum commissos, ut notatur in cap. 1. supra, dist. 26. Sed tamen conclusio nostri textus verissima est, ut scripsimus ad cap. Acutius, nu. 2. & ad cap. Deinde, nu. 2. supra, dist. 26.

- 2 Nec obstat difficultas, nam defectus corporales ante baptismum in homine dupliciter

considerantur, alij enim sunt defectus intrinseci, alij ab extrinseco provenire dicūtur. Prioris membra exemplum sit, claudicatio, cœcas, & reliqua vitia corpori coharentia; posterioris vero sit illegitimitas, homicidiū, & alij similes. Inter hos defectus reperitur maxima differentia, quia priores per baptismum non auferuntur, posteriores vero si ex proprio peccato proveniunt, veluti homicidium, per baptismum auferri non est dubium; si vero sine culpa propria oriuntur, veluti illegitimitas, bigamia, per baptismū auferri nō dicūtur, eoque baptismus non respicit actus illos, ex quibus prædicti defectus ortum habuerunt. Vnde meritò procedit decisio Innocentij Pontificis in præsenti, statuens irregularitatis labo illos respergi, qui ante baptismum cum vidua matrimonium inierūt. Ita in effectu Abb. in cap. Gaudemus, de divorcijs, nu. 16. Sylvest. verbo, irregularitas, nu. ult. refert alios Covar. in Clement. Si furiosus. 1. p. §. 2. nu. 5. Henrīq. lib. 14, de impedimento irregularitatis, cap. 9. nu. 3.

CAP. Cognoscamus. XIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui bis contrahunt non debent clericari.
- 2 Dicitio, etiam, quid significet?
- 3 Nihil addit de novo, qui interpretatur actum præcedentem.

IN textu. Docet Ambrosius illos, qui secunda coniugia sortiuntur, non debere clericos fieri, de quo vide posita ad cap. 1. nu. 1. & seqq. supra, dist. 33. Adde suar. disp. 49. sect. 6. nu. 4. ad fin. qui nostri textus minit.

Ibi, Etiam. Quæ dictio includit, & importat implicationem, & ponit casum magis dubitabilem. I. Conventicula, C. de Episcopis, & Clericis, l. Etiam, C. si tu. vel curat. Clement. ult. §. fin. in principio, & ibi. Zabarell. nu. 2. de supplenda negligentia. Clement. Nolentes, vers. Et tam iporum, de hereticis. Decius in l. Quamquam, nu. 16. C. de testam. militum, & in l. Qui se patris, nu. 12. C. unde liberi, plures refert Cened. singul. 51. nu. 1. Ratio est, quia ista dictio est implicativa ad maiora, etiam in materia stricta, & exorbitante. Sylvan. conf. 64. nu. 10. Menoch. de recip. posse. remedio 9. nu. 256. ubi plures in id citat Cened. ubi proximè, nu. 2. Tusch. tom. 2. conclus. 275. nu. 7. qui ponit exemplum in cap. Statutum, de elect. lib. 6. Aliquando enim importat idem, quod maximè. Tusch. nu. 11. quem latè videbis.

In Glossa, verbo, Addidisse.

Arguit Glossa contrariū, quod Patres Concil.
Nicēni nihil addiderunt ad dictum Apostoli,
quia secundum Augustinum *in cap. i. distin. 81.*
Apostolus intellexit de quolibet ordine, cuius
contrarium dicitur in præsenti. Glossa solvit,
quod Ambrosius h̄ic prosequitur superficiem
litteræ Apostoli, quæ specialiter loquitur de
presbytero, & diacono; Augustin. verò in *dict.*
cap. i. prosequitur intellectum, & interpretationem
Apostoli, & sic Ambrosius, & August.,
non contradicunt sibi; sequuntur *Prepos. mīt. 3.*
Turrecrēm. nu. i. notantes ex textū, quod nihil
addit de novo, qui interpretatur actum præce-
dētēm.

C A P. Si quis viduam. XV.

S V M M A R I Y M.

- I** Propter vitem conditionem mulieris,
cum qua matrimonium contrahitur
irregularitas incurritur.

2 Ob unicum matrimonium cum vidua
contrahitur irregularitas.

In textu. Qui est desumptus ex Canon.
17. aut 18. Apostolorum, in quo
statuitur, contrahi aliquando irregularita-
tem ex conditione mulieris, cū qua ma-
trimonium celebratur, etiam si illa mulier sit
virgo, propter vilem conditionem personæ,
qui similis efficitur, qui cum illa contrahit, &
ideo censetur indignus ordinibus, qui contra-
hit cūm ancilla, mima, vel scœnica, saltatrice,
ioculatrice, abrepta, vel meretrice, ut sentit
Glossa in presenti, ad fin. & post *Sylvest.* & *Navarr.*
explicat eleganter *Suar.* de *censur.* *disp.* 48. *sect.* 3.
in fine, & *Sayrus de censur.* *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 8.
post *princip.* qui nostri textus meminerūt.

Ibi, Viduam acceperit. Igitur ob-
unicū ma-
trimonium cum vidua, incurritur irregu-
laritas. Ratio est, quia licet talis non contraxe-
rit duo matrimonia, tamen ex parte fœminæ
duo fuerunt, atq; Ecclesia talem, ut bigamum
reputat, deest enim unitatis, & coniunctionis
significatio, quæ requiritur in suscipiente or-
dines; explicat *Sayrus de censur.* lib.6. cap.4. n.10.
qui textum refert. *Covar. de homicidio*, p. 1. §.2.
nu. 2. vers. Secundò. Oportet tamen ad irregu-
laritatem inducendam, ut ipsa vidua sit cognita
à primo marito, ut tradit idem *Sayr. Medices*
in summ. 2. p. tit. 9. q. 28. *Suar. d.* nu. 1. & proba-
tur in cap. ult. hanc eadem dist. Vnde si quis dicat
Nxorem corruptam, moriatur tamen illa ante

carnis copulam, si postea ducat virginem, & eam cognoscat, non manet bigamus, aut irregularis, *Sayrus d. cap. 4. nn. 16.*

C A P. Vidua. XVI.

S V M M A R I V M

- 1 *Vidua appellatur cuius maritus mortuus est.* & n. 6.
 - 2 *Et mulier, quae maritū non habuit, cōpetuntq; ei privilegia viduis cōcessa.*
 - 3 *Vidua dicitur, quae maritum habet inutilēm, & habet privilegia viduarū.*
 - 4 *Alciatus, & Rebuffus inter se contendūt.*
 - 5 *Meretrix, quæ dicatur? & n. 7.*

TN textu, ibi, Cuius maritus. I

Igitur ex sententia Hieronymi, vidua appellatur cuius maritus mortuus est; & secundum Glossam in praesenti, & quosdam alios dicitur quasi, *idua, iduare*, enim Hetrusca lingua dividere est; inde *Idus*, divisio, ut docet Macrobius lib. I. *Saturnaliorū*, cap. 15. & post *Conū* in memorabilib. tradit Rebus. in l. *Malum navis*, 242. §. Viduam, vers. Ex pramissis, & vers. Primò limitatur, de rerum significatione. Covar. practicar. cap. 7. nu. 2. vers. *Vidua* igitur. Quemadmodum ergo decimus quintus dies mensis vocatur, *Idus*, eo quod per illum mensis dividatur; ita mulier, quae à marito mortuo dividitur, *vidua*, appellatur. Varro lib. 4. *de lingua Latina*. Hinc etiam in iure Canonico illa Ecclesia dicitur *viduata* quae sponso per obitum destituitur; sed constat ex cap. *Quia propter de elect.* Azor, inst. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. §. Secundò auguratur.

Aliter tamen Iurisconsultus Tabellenus, ex sententia Labeonis, in d. §. *Viduam*, non solum appellat eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuit, & quemadmodum vecors, & vesanus dicitur, qui sine corde, aut sanitate est, similiter vidua esse dictam sine duitate; quæ propter ea quæ nunquam nupta fuit, vidua rectè appellabitur, competentq; cætera privilegia, quæ viduis concessa sunt, ut docet Bart. in l. 1. nu. 4. C. quando Imperator inter pupillum, refert plures Covar. practic. question. cap. 7. nu. 2. Palat. in repetit. cap. 1. notab. 2. nu. 15. tradit iudicatum Vivius de eis. 521 nu. 1. Vincent. de Franc. decis. 100. nu. 1. transcriptis sit Ordinatio nostra Lusit. lib. 3. tit. 5. §. 5. Vide quæ ibi congerit Barbosa nu. 3.

Immo etiam vidua appellatur, quæ maritū
habet inutilem, veluti dānatum ad perpetuos
cærcores, Glossa est solēnis in l. ult. C. ad l. Fl. C.

plum de plagiarijs, verbo, orbitates quam singula-
rem dicit Alex. cons. 104. Statutum loquens, col. 2. nu.
4. lib. 1. & per eam notat ibi eleganter Bald.
nu. 1. quod privilegia, quæ dantur viduis, com-
petunt etiam inutiliter nuptis, ubi *Additio littera A.* plura adducit. *Cotta in memorabilibus*, ver-
bo, vidua. *Tiraq. l. 6. connubial.* nu. 12. *Azeved. lib.*
6. tit. 3. in l. 1. num. 7. Bovadilla in Polistica, lib. 1.
cap. 11. nu. 7. resolvit Barb. l. 1. p. 1. nu. 47. ff. so-
luti. matrimon. *Ceyall. de cognit. per viam violent.* p. 2.
q. 13. nu. 8. Sic alias dicitur Ecclesia viduata
ipso suo, si habet Episcopum inutilem, tex-
tur in cap. 2. vers. Sed neq; de translatione Episcopi.

4 Sed hanc Labeonis intentiam non sibi pla-
cere fatetur *Alciat. in d. l. Malum.* nu. 25. dicens
eam esse elegantiorum, & subtiliorum, quam
veriorum, motus fundamento, quia vidua ha-
bet, vi, breve; at si vidua, dictio composita fui-
set à va, & duitate, deberet longo accentu pro-
duci prima syllaba, cum ea longa sit in recors,
& vesanus, sequitur *Covar. d. cap. 7. nu. 2. vers.*
Nam prater. Contra verò *Rebuffus*, *Alciatum*, irri-
det, quasi Iuris Consultorum dicta depende-
rent ab eius approbatione, & ex grammatico-
rum triviali schola, resolvit multa vocabula
simplicia breviari, quæ tamen in compositione
producunt, V.g. *luceo*, primam habet produ-
ctam, & tamen, *lacerna*, nomen inde deductū
priorē correptam servat apud *Iuvenalem*.

5 *Disposita pingue in nebula yomuete lucerna.*
Itidem prima in dictione, *arista*, brevis est,
quanvis ab areo, deducatur. De quibus alijsq;
exemplis citatum *Rebuffum*, latissimè differen-
tem videbis in d. §. *Viduam. vers. Alciatus*, & se-
quentibus.

5 **Ibi, Meretrix.** Meretrix illa dicitur,
quæ multorum libidi-
ni patata est, ut habet textus in presenti. Item
cuius turpitudo publicè venalis est. *Alex. cons.*
99. nu. 10. lib. 6. ubi hoc extendit, sive in lu-
panari habet, sive non. *Abb. cons. 2. nu. 3. lib. 2.*
& *cons. 81. nu. 3. eodem lib. Abulensi. in Matthaeum,*
cap. 6. q. 37. §. Pro quo sciendum. late Tus. h. tom 5.
practicar. conclus. 211. num. 1. & seqq. Menoch. de
arbitrar. casu 211. nu. 7. Azeved. lib. 8. novae reco-
pilat. tit. 13. l. 2. nu. 214. An rem habens cum
nupta meretrice, adulterij pœnam incurrat?
Vide quæ notantur per Barbas. ad *Ordinat. Lusit.*
lib. 5. tit. 25. nu. 7.

6 **In Glossa 1.** Suntit Glossa, requiri co-
pulam, ut mulier superstes
dicatur vidua, quod probat Abb. in cap. Ex ten-
ore, in fine, de foro competenti. Contrarium docet
Alciatus in l. Malum navis, 242. nu. 28. de verbis
significat. cum nuptias non concubitus, sed con-
senus faciat. Vide *Covar. practicar. cap. 7. nu. 3.*

7 **In Glossa, verbo, Multorum.**
Docet Glossa illam meretricem esse, quæ ad-

miserit viginti tria millia hominum, quam re-
fert, & videtur sequi *Tuschus conclus. 211. nu. 4.*
Bossius tractatu causarum criminalium, tit. de pluribus
violentij, nu. 67. (ubi quod mulieres pauperes
meretronis intendentis non presumuntur
honestæ vitæ) quæ opinio ridicula appetit. Un-
de nostra Glossa ad fin. appellat meretricem,
quæ admisit sexaginta viros. Refert *Præpositus*
in cap. Inter opera, nu. 1. vers. Item, de sponsalibus.
Azeved. d. num. 114. At *Iuris consultus in l. Palam*
questum, post principium, ff. de riu nuptiarum, vi-
tinetur appellare meretricem, quæ duos pretio
admisit. Quare Abb. pro concordia, quem se-
*quitur *Præpositus d. nu. 1. ait.* Quæ amore plu-*
res admisit non esse meretricem, nisi admittat
usq; ad numerum prædictum nostræ *Glossæ*,
quæ verò pretio duos admisit, meretrix est,
quod intellige si palam se prostiteret. *Antonius*
*Pichard. in §. Iuris precepta, nu. 22. instit. de justi-
tia, & jure. Azeved. d. nu. 114. ad fin.*

CAP. Si Subdiaconus. XVII.

S V M M A R I V M.

1 **Subdiaconus ducens uxorem non debet**
in subdiaconatu ministrare.

2 **Dictio, ita, quid significet?**

3 **Dictio, ita ut, quid importet?**

1 **In textu.** Decidit textus subdiaconū, 1
qui secundam duxit uxorem,
non debere in Apostolatu, hoc est subdia-
conatu, ministrare: quod duplice potest
intelligi; vel de eo, qui contraxit secundum an-
te subdiaconatum; vel de eo, qui iam subdia-
conus contraxit defacto, quia de iure nūquam
poterat contrahere, nec in Orientali, nec in
Occidentali Ecclesia, iuxta notata in cap. Si quis
eorum, nu. 2. & seqq. supra, dist. 32. Dispensa-
tur tamen cum illo, ut ministret in minoribus
ordinibus. Nam de iure communi privilegio
clericali debet spoliari, ut notat *Glossa*, verbo,
inter lectors, quem sequuntur *Præpositus*, & *Tu-
recrem.* in presenti.

2 **Ibi, Ita.** Hæc dictio similitudinem de-
notat, & significat idem, quod
sicut. *Gosadinus cons. 8. nu. 19. Gratus cons. 9. nu.*
86. & *cons. 13. nu. 5. vol. 1. Glossa in Pragmaticam*
sancionem, tit. de electionibus, in princip. in ver-
bo, Ita. Aliquando sumitnr exemplativè, ut
in l. Si res ita, & in l. Si ita, ff. de contrahenda emp-
tione. Aliquando etiam restrictivè l. Ita demum,
C. de procuratoribus, & aliquando affirmativè
cap. Ita Dominus, supra, 19. dist. Quæ omnia tra-
dit *Glossa* ad d. *Pragmaticam sancionem*, post alios
Cened. singulari 38. nu. 1. & 2.

Ibi,

5. Ibi, Ita ut. Idem significat, quod Ita quod, l. 2. §. Ideoq; ff. de his, qui sunt sui, l. penult. §. Quisquis, ff. delegat. 2. Mandatos in Glossa Facult. §. Volentes, in verbo, Ita ut, fol. 182. Dictio, ita ut, denotat etiam modum. Riminald. in §. 1. nn. 499. instit. de donat. &c vide textū in l. Libertas, cum l. seq. ibi. Et illam adiectionem ita ut, & ibi Glossam, ff. de manumiss. testamento. Cened. d. singulari 38. nu. 6. &c seqq.

CAP. Lector. XVIII.**S V M M A R I V M.**

- 1 *Textus noster an sit Martini Papæ?*
- 2 *Episcopus an possit dispensare cum bigamo? & nu. 3.*
- 3 *Pontifex an dispenseat contra Apostolum?*

IN superscriptione, ibi, Martini Papæ. Non esse nostrū textū Martini Pontificis, sed S. Martini Bracharensis Episcopi, vulgò Dumiensis, qui diversos Canones collegit, contendit Suar. de censur. disp. 49. sect. 6. nu. 5. ubi ait desumptū fuisse ex Concilio Toletano 1. Canon. 3. quod Concilium provinciale est, nec invenitur à Papa confirmatum, nec de illo mensio fit in cap. de libellis, dist. 20. ubi numerantur Canones Conciliorum, quibus in iudicijs utendum est; tradit idem Suar. d. nu. 6. Esse tamen textum ex Martino Papa docet Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 86. nu. 11. in princip.

2. In textu, ibi, In lectoratu permaneat. Controvertunt DD. ex his verbis, an possit Episcopus dispensare in irregularitate ex causa bigamiæ proveniente? Partem negativam, quod non possit dispenseare, nec etiam ad ordines minores, tenet Joannes Andreas nu. 1. vers. In Glossa 2. Dominicus nu. 5. vers. in fine, Glossa in cap. Unico, de bigamis, lib. 6. Flamin. lib. 5. de resignatione beneficiorū, q. 3. nu. 196. Toledo. lib. 1. summa, cap. 26. num. 8. refert alios Sanches lib. 7. disp. 86. nu. 9. quibus addit Suar. de censuris, disp. 49. sect. 6. nu. 4. quod probatur ex d. cap. Unico, lib. 6. ubi bigami privantur omni privilegio clericali, nec committitur dispensatio Episcopo.

3. Contraria tamen opinio probabilior apparet, quoad ordines minores suscipiendos, susceptisq; utendum. Nam licet textus dicat In lectoratu permaneat; modo subdit, Subdiaconus fiat, ubi conceditur Episcopo facultas dispensandi ad subdiaconatū recipiendum occurrente ne-

cessitate, qui ordo tum temporis non erat sa- cer, quam sententiam docet D. Thom. in 4. dist. 27. q. 3. art. 3. Paludan. q. 4. art. 5. Graffij in au- xis decisionibus. 1. p. lib. 4. cap. 27. nu. 38. Henr. lib. 12. cap. 6. nu. 11. Sylvest. verbo, bigamia. q. 7. Armilla nu. 9. Tabien. q. ult. Burgasius de irregula- ritate, p. 5. tit. de bigamis, nu. 8. Sanches d. disp. 86. nu. 11. & seqq. cum quo ampliabis, & limitabis. Adde de quæstione Cevallos de communibus contra communes, q. 559. de hoc in cap. Non confidat, 59. nu. 1. dist. 50.

In Glossa, ibi, Papa dispensat 4

contra Apostolum. Vnde poterit Pō-
tifex dispensare
in bigamia, etiam ad ordines sacros, ut tradit
Jacobinus de Concilio, lib. 7. art. 7. vers. Octavofac-
cit. col. 4. pag. 499. Marta de iurisdictione, p. 2. cap.
37. nu. 14. Covar. in Clement. Si fuxiosus, 1. p. §. 2.
nu. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 197. alios
refert Sanches lib. 7. disp. 86. nu. 6. Suar. de censur.
disp. 49. sect. 6. nu. 1. Ratio est, quia impedimentum
hoc non ex divino iure, aut naturali in-
surgit. Ergo potest dispensari, etiam si dicatur
ab Apostolis institutū. Nam Apostolicæ con-
stitutiones non transcendunt ius humanum, ut
solvit Suar. d. nu. 1. Sanches d. nu. 6. Nec obest
cap. 2. de bigamis, ubi dicitur non licere dispen-
sare cum bigamis; nam verbum, non licere, im-
portat difficultatem, non autem impossibilita-
tem. Sanches, ubi proximé, Suar. nu. 2.

CAP. Presbyteri. XIX.**S V M M A R I V M.**

- 1 *Presbyteri non debent interesse convivijs, & saltationibus.*
- 2 *De dictione, deinceps.*
- 3 *Clericis an liceat interesse comedijis?*
- 4 *Clerici an possint adesse agitationi tau-
rorum?*

IN textū. Collige ex illo non debere presbyteros interesse con-
vivijs, choreis, & saltationibus, ne prop-
ter motus obscenos oculi eorum conta-
minentur, idem tradit l. 57. part. 1. tit. 5. ubi
Gregor. Lopez in Glossa 1. & l. 34. tit. 6. part. 1.
ubi Glossa 7. Navarr. in cap. Inter verba, conclus. 2.
nu. 6. post principium, latè Tiraq. de nobilitate,
cap. 34. nu. 25. Bernard. Dias in praxi, cap. 72. &c
de multiplicibus convivijs, vide Vollaterran. in
Philologia, lib. 29. cap. de celebritate conviviorū, ac la-
borum. Adde Concil. Trid. seß. 22. de reformatione,
cap. 1. ad med. Reginald. lib. 30. trit. 3. nu. 18. & 19.

2 Ibi, Vel deinceps. Vnde videtur
tentes in minoribus non posse licetē matri-
moniam contrahere, contra resoluta in cap. Si
qui vero, nu. 2. & in cap. Lectores, nu. 2. & 3. supra
dist. 32. Tu resolve verbum, deinceps, non referri
in præsenti ad ordines inferiores ab expressis,
sed referri ad superiores, ut sit sensus, quod
presbyteri, diaconi, & subdiaconi, vel deinceps,
id est Archiepiscopi, & Episcopi non ha-
bent licentiam ducendi uxores, ut solvit *Præ-
positus in præsenti*, nu. 1. vers. Oppono.

3 Ibi, Turpium spectaculorum.
Igitur non licet clericis interesse comœdijs,
cum spectatores suo accessu, & præsentia cau-
sam afferant scœnicis turpia agendi, insuper,
quia largiri pecunias histrionibus immane vi-
tium est, ex Augustino tractatu 100. in Ioannem,
tradit eleganter Comitolus respons. moral. lib. 5.
q. 11. nu. 8. & seqq. Petrus de Gysman in lib. Bienes
del honesto trabajo, discurso 6. §. 7. qui hunc tex-
tum citat. Vtrum autem comœdiarum autho-
res culpam lætalem non effugiant? Vide eundem
Comitolum d. q. 11. nu. 1. & seqq. qui latè
probat tales authores mortiferi criminis esse
reos. Quod tamen venit intelligendum de ob-
scenis, & impudicis comœdijs, ut probant au-
thoritates, quibus supradicti DD. nituntur, &
vide posita ad cap. Maritum, nu. 8. supra, dist. 33.

**4 Sic similiter non debent clerici adesse agi-
tationi taurorum,** ut constituit Pontifex Gre-
gorius 13. in proprio motu, cuius facit mentio-
nem Gutierrez. in Canonicis questionibus, cap. 7. à
principio. Humada part. 1. tit. 9. l. 10. Glossa 1.
nu. 10. Parladorus lib. 2. rerum quotidiarum, cap.
7. nu. 2. Navarra de restitutione, tom. 1. lib. 2. cap. 3.
nu. 300. & seqq. Bernard. Dias in practic. cap. 72.
ubi Salzedo, plura tradit de agitatione taurorum,
& ibi ponit decretum, revocans pœnas contra
laicos agitantes tauros. Postea Pontifex Cle-
mens 8. suscepit omnes pœnas excōmunicatio-
nis, & interdicti sacerdotalibus clericis in sacriss
agitationi taurorum interessentibus, & omnia
ad ius commune reduxit, ut constat ex brevi
Romæ expedito anno Domini 1596. quem re-
fert frater Emman. Roder. tom. 3. question. regula-
rium, q. 68. art. 2. Quaranta in summa Bullarij, ver-
bo, tornamenta, fol. 490. quos latè videbis. Ex-
cipit tamen Clemens 8. clericos regulares,
aliosq; religiosos respectu quorum vult prædi-
ctam prohibitionem, & censuram in suo ro-
bore permanere.

CAP. Valentino. XX.

S V M M A R I V M .

I. Contrahens matrimonium cum uxore

defuncti ante copulā, non est bigamus.
2 Dicitio, Cum, habet vim coniugandi.

I N textu. Decidit Pelagius Pontifex
contrahentem matrimonii
cum uxore defuncti, ante copulam, biga-
mum non effici, neq; irregularē esse,
de quo vide posita ad cap. Si quis viduam, 15. nu. 2.
supra, bac eadem dist. quod facit ad quæstionem.
Si testator relinquit puerę centum cum fuerit
nupta, quod non debetur legatum, licet ma-
trimonium celebretur per verba de præsenti,
nisi copula fuerit secuta, quod esse bene no-
tandum dicit *Præpositus in præsenti*, num. 2. facit
cap. 1. infra, 33. q. 1.

Ibi, Cum. Quæ dictio coniungit per
modum accessorij, & sic
dispositio de aliquo patronatu, vel iure cum
sepulchro, vel alio adiuncto operatur, ut illud
adiunctū semper sit accessorium, ideo si prin-
cipalis dispositio est nulla, nullum est ac-
cessoriū in necessariam consequiam; Bart.
in l. 3. in fine, C. si appellatione pendente, cōmuniſ
ex Ruino conf. 114. nu. 4. & seqq. lib. 4. Vnde si
quis condemnatur in pœnam mortis naturalis
cum confiscatione bonorum; si pendente ap-
pellatione moriatur condennatus, evanescit
confiscatio, post alios Tusclus praticarum conclu-
sionum, tom. 2 conclus. 258. nu. 4. quem latissimè
vide. Adeo quia si dictio, Cum, iungatur ver-
bo futuri temporis importat conditionem, ve-
luti si dicatur. Cum veniat navis: Contra ve-
ro si iungatur verbo præteriti temporis, quia
tunc importat causam, vel demonstrationem,
firmat utrumq; Cuman. conf. 61. Petrus bæres nu. 3.
vers. Ad secundum. Tusclus d. tom. conclus. 257. nu.
10. & 11.

DISTINCTIO. XXXV.

CAP. Episcopus. I.

I Presbyteri non debent esse lusorcs?

**2 Pœna clericis lusoris de iure civili, &
de iure canonico. & nu. 3.**

4 Quid dicendum in Religiosis?

**5 Clericus lusor, an debeat suspendi? &
num. 6.**

7 Hoc crimen an sit mixti fori? n. 8. & 9.

**10 An possit quis reperere, quod in alea
perdidit? & an acquisita in ludo de-
beant restituī?**

11 Qualis clericus dicatur publicus aleator?

IN

IN textu. Collige non debere Episcopos, presbyteros, Diaconos, aut subdiaconos, esse lusores; textus similis in cap. penult. de vita, & honestate clericorum, qui loquitur in ludo alearum, & taxillorum cap. inter dilectos vers. nos igitur, de excessibus prælatorum, tradit latè Bernardus Diaz in praxi capit. 70. verbo, aleatores, ubi Salzedo littera A, Viuius opinio num cōmun. 469. num. 10. Latissimè Farinacius in praxi criminali tom. 3. q. 109. num. 92. qui alios refert. Molina de contractibus tract. 2. disp. 512. §. Quod vero, & adest decretum Concilij Tridentini sess. 22. de reformat. cap. 1. ad finem, & sess. 24. cap. 12. de reformat. ad finem. Nam multa crima in ludis perpetrantur, quorum sexdecim refert Hostiens. in summa tit. de excessibus prælatorum, §. clericus, D. Antoninus in summa 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 6. ubi dicit quotquot sunt puncta in taxillis, tot sunt scelera in ludo. Adde Zerolam, verbo ludus, ubi nostrum textum adducit, & Reginald. libr. 30. tract. 3. nu. 18. & 19. Lessium de iust. lib. 2. cap. 26. nu. 5. & 6.

Ibi, Desinat. Agit textus de pena clericorum lusorium; at de iure civili, clericus lusor, aut ludi inspector, tribus annis arcetur à ministerio, & in monasterio detruditur, reseruatur tamen iudicio Episcopi dictum tempus minuendi, si dum clericus in monasterio permanferit, se pænitentem ostenderit, textus in authenticā interdicimus C. de Episcopis, & clericis, ubi Glossa I. Caccialupus in tract. de Ludo n. 61. plures refert. Farinacius d. q. 109. n. 93. Sed cum hæc pæna sancita non sit iure canonico, non tenentur prælati mādere illam executioni, ut bene advertit. Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 57. Salzedo in additionibus ad Bernardum d. cap. 70. littera A. C. in principio, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 399. n. 3. Farinacius ubi proximè num. 94. Molina de contractibus tract. 2. disp. 512. §. Quod vero, post principium. Quas vero poenas habeant clerici ludentes in Lusitania? Vide Rebelum de oblig. iust. lib. 12. q. ultima, nu. 2. & 3. ubi speciatim refert Eborenses constitutiones, quæ tit. 1. cap. 7. clericos ludentes aleis, tabulis, aut taxillis pro prima vice multant quingentis quadrantibus, pro secunda vero, & tertia grauioribus plectunt pænis.

De iure autem Canonico innuit noster textus, Episcopum, presbyterum, vel Diaconum in ludo alearum perseverantes, deponendos esse: subdiaconos autem, & inferiores clericos excommunicandos; de quo vide Zabarellam in clementina 2. nu. 10. §. Sed & tales, de vita & honestate clericorum, Bernardum Diaz in practica cap. 70. verbo, aleatores, num. 2. Sylla. verbo, ludus, num. 10. Vnde in cap. inter dilectos de excessibus prælatorum, clericus publicus aleator repellitur à quadam dignitate Ecclesiastica in Gallia obtinenda, tamquam persona eius indigna; neque illi pro-

fuit dicere, consuetudinem esse in Gallia, ut clerici aleis ludant; quoniam ait Pontifex, esse id corruptellam, quæ non erat toleranda, sed punienda. Multo magis prohibitum est clericis ludere cum mulieribus præsertim iuvenibus, Farinacius d. q. 109. nu. 101.

Quod urgentius procedit in religiosis, & regularibus, qui non possunt ludere etiam in ludo alias licito, & honesto: cū enim sint mortui quoad mundum, non debent se immisceri ludis, ex quibus ut plurimum proueniunt multiloquia, & alia inconuenientia; docent Troilius Maluesius de sortibus p. 2. nu. 18. vers. aut loquimur de religiosis, Salzedo in additionibus ad Bernard. Diaz d. cap. 70. lit. A. ubi ponit limitationem, nisi Monachus, chartis lusorijs ludat ob honestam causam, & recreationem. Cajetan. 2. 2. q. 168. art. 3. in fine, dummodo tamen non frangat legem ullam ad mortale peccatum obligantem, post multos Farinacius d. q. 109. nu. 98.

Ibi, damnatur. Hoc est beneficio priuetur, aut suspendatur ab officio, vnde clericus ut à beneficio obtainendo arceatur, satis est si publicus fuerit aleator, etiam si admonitus non sit, ut à ludo se contineat. Verum ut priuetur beneficio iam obtento, vel suspendatur, necesse est, ut prius admoneatur, quod si admonitus non desisterit, tunc priuandus erit beneficio, aut suspendendus; optimè Glossa in cap. penult. verbo, ad aleas, de vita, & honestate clericorum. & ibi, Hostiens. nu. 6. Abb. nu. 11. Butrius num. 13. similis Glossa in cap. inter dilectos, verbo, aleatorum, de excessibus prælatorum. ubi Hostiens. nu. 4. Abb. nu. 6. Marianus Socinus num. 12. plures sequitur. Farinacius tomo 3. d. q. 109. num. 96. Molina de contractibus tract. 2. disp. 512. §. Quod vero ad finem.

Verius tamen apparet, non posse describi certam pænam in hoc criminis, immò esse arbitriam, ut notavit Bernardus Diaz d. cap. 70. nu. 2. vers. Ego vero, qui optime declarat ex quibus iudex in imponendo hanc pænam suum arbitrium regulare debeat; notat Salzedo ibi in additionibus littera A. C. in principio, sentit. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 399. nu. 9. in fine, sequitur. Farinac. tomo 3. d. q. 109. nu. 97. Azavedo lib. 8. nouæ recopilar. tit. 7. leg. 2. nu. 51. Quare Innocentius in cap. penult. de vita, & honestate clericorum, dicit se credere, quod ille canon, & similia, non loquuntur de præcepto, sed de consilio tantum, quem refert. Ioannes Andr. ibidem num. 1.

In fine textus, ibi, etiā laicus. Igitur crimen hoc est mixti fori, iuris scilicet canonici, & ciuilis, ut annotarūt Angelus de Maleficijs, verbo, mentitori de falsi dati num. 12. Parisius de Puteo in tract. de ludo, n. 83. Auendan. de exequendis mandatis, p. 2. cap. 9. nu. final. post alios Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 399. nu. 5. Practica Contradic.

tributio de Lusoribus num. 21. & sequentibus. Farinacius d. 109. q. 109. n. 79. facit textus in l. final. h. Commodis igitur, C. de religiosis, & sumptibus funer. ibi, Episcopis locorum hoc prouidentibus, & in §. Sed istam in illis verbis, potest item dando Episcopis hoc inquirendi.

8 Sed in forensibus actionibus hoc receptum non esse, nec unquam se vidisse Episcopum huius criminis ratione contra laicos procedere, tenet Salzedo in additionibus ad Bernardum litteras. C. vers. hoc de clericis, refert. Farinacius d. q. 109. num. 79. in fine, & nostrum textum iam disiectudine esse abrogatum dicit *Caietan* 2.2.q. 168. art. 3. in fine. Azevedo lib. 4. nouae recopilat. tit. 1. l. 4. n. 2. & lib. 8. tit. 7. l. 2. n. 53. Quod tamen ipse limitat, nisi forte Ecclesiasticus procederet contra ludentes in Ecclesia, vel extra, dum sacra officia in die festo celebrantur; quia tunc ratione mali exempli poterit iudex Ecclesiasticus contra laicos procedere; ex peccato enim efficitur laicus de foro Ecclesiastico. *Gratianus* disceptat. forens. cap. 154. num. 25.

9 Poterit tamen sine conciouersia Episcopus prohibere domos tabulariorū, ut tradidit Azevedo lib. 8. tit. 7. l. 5. numer. 11. & l. 4. n. 2. tit. 1. lib. 4. Menoch. de Arbitr. casu 399. num. 5. *Gratianus*. dicept. forens. cap. 154. num. 25. expressit *Ordinatio nostra Lusitana* lib. 2. iii. 9. in principio, ibi, *Contra os que daō publicas tabulagēs de jōgo*: poterit etiam Episcopus prohibere ne mulieres accedant ad dictos ludos, in quibus multa peccata committuntur. Azevedo d. l. 5. n. 12. At de retinente ludum domi, quando, & quas pēnas incurrat, latē Farinacius d. q. 109. à num. 137. & sequentibus, Menoch. de arbitriis dicto casu 399. n. 16. Pōrto de ludo, & illius pēna vide latissimē Farinacium d. q. 109. n. 1. usque ad 88. Molin. de contractib. disp. 511. & 512. & quos docte, & eruditē colligit *Barbosa* ad ordinat. *Lusit.* lib. 5. tit. 82. à principio. Atque de ludo licito, & permisso vide eundem Farinacium d. q. 109. n. 106. & sequentibus.

10 In *Glossa* i. ibi, potest repeti. Convertit *Glossa*, an possit quis repeteret, quod in alea perdidit, de quo vide latē *Gutier*. de iuramento confirmat. p. 1. q. cap. 53. num. 1. 3. & sequentibus, Farinacium d. q. 109. numer. 17. Molin de contract. tract. 3. disp. 514. Zerolam verbo ludus *Reginaldum* lib. 10. n. 385. 386. & sequentibus. *Bertachinum* verbo ludus num. 18. & 19. *Rebellum*, de obligat. iust. lib. 12. q. 2. num. 5. cum quo resolve, quanuis lucrans assequatur dominium perditæ pecunia, ille tamen qui perdidit habet actionem in foro judiciali, ut illam repeatat ab eo, qui lucratus est. Vtrum verò acquisita ludo prohibito obnoxia sint restitutio? vide undem Molin. disp. 513. *Gutier*. d. cap. 53. num. 2. *Couarr.* in regula peccatum p. 2. §. 4. num. 1. & 3. Cum quibus resolute, quotiescumque ludus de-

se est iustus, & solem est, illicitus quia per legem prohibetur, posse lucrum retineri tuta conscientia, neque ulli restitutio esse obnoxium. Latē probat. *Reginald.* citatus n. 376. Soto lib. 4. de iust. & iure q. 5. art. 2. *Lessius* de iust. lib. 2. cap. 26. dubit. 3 n. 17. ubi citat *Ioannem Medin.* *Castig.* & alios ex Theologis, & Canonistis. Doctissimè nostram firmat conclusionem *Rebellus* lib. 12. de obligat. iust. q. 2. num. 2. & sequentibus, ubi pro se validissimas rationes, auctoritatemque adducit.

In Glossa verbo; Deserviens.

Vt verò clericus dicatur publicus aleator, & pēnas aleatorum incurrit, non satis est, si bis, aut ter ludat, sed requiritur, ut sēpe id efficiat, ut fatetur *Glossa*, quam sequuntur *Menoch.* de arbitr. lib. 2. casu 399. num. 19. post alios, Farinacius d. q. 109. num. 102. Molin. de contractib. tract. 2. disp. 512. §. Quod verò in fine.

C A P. Ab exordio. II.

S U M M A R I V M.

- 1 *E*esus carnium, & vini potus, non fuit ante diluvium.
- 2 *Q*ui vult reducere ius ad pristinam naturam, habet assītentiam iuris,
- 3 *A.* est prima littera Alphabetica, & quid significet? & num. 4.
- 5 *C*ircumcisio fuit figura Baptismi.
- 6 *O* Est ultima littera Gracorum.

IN textu. Collige ex illo, esum carnum, & vini potum ignotum prorsus fuisse ante diluvium universale, ut docet *Hieronimus* in præsenti, quem refert *D. Thomas* 2.2. q. 149 art. 3. in 3. argumento, de quo *Abulens* super *Genesim* cap. 9. vers. licei in fine, latissimē cap. 3. §. Occassione eius, *Alphonsus Chacon* de varia ieiuniorum obseruantia fol. 48. quia homines pietatis amantes, solum lacte, pomis, & alijs arborum fructibus, leminibus, & oleribus vescebantur, quæ abstinentia usque ad Noë, & eius liberos religiose servata est, non tamen v̄tuit Deus expresse carnes comedere ante diluvium, ut tradit *Abulens* d. cap. 3. §. Sed queritur, fol. 244.

In vers. postquam. Ergo qui vult reducere ius suum ad pristinam naturam, habet assītentiam iuris, ut ex nostro textu deducit *Felinus* cons. 1. num. 1. *Couarr.* in cap. alma 2. p. §. 4. in fine, qui nostrum textum vocant optimum. *Glossa celebris*

Iebris in cap. statuū, verbo, numerandum de prabendis lib. 6. late Tiraq. de primogen. q. 24. num. 6. & de retract. in præfatione num. 8. & de pœnis temperādis causa § 1. n. 18. Palatius in repetitione cap. §. 8. n. 5. & sequentibus, Perez lib. 8. Ordinamenti tit. 2. Glossa 1. in rubrica pag. 19. colum. 1. vers. confirmatur in super.

3 Ibi, revolve ad A. Nota quod A. est prima littera Alphabeti Latinorum, ut dicit Glossa in præfenti, eit etiam prima littera in Græcis, & in omnibus Alphabetis, tradit Cardinalis Tusco. tom. 1. conclusione 1. & separationem dicit, ut Bart. in l. meminisse, in fine. ff. officio proconsulis, Felinus in cap. placuit. n. 4. vers. & dum iste de præscriptionibus, late Tiraq. de retract. linagier §. 1. Glossa 1. i. num. 53. & in tantum separat, ut dividat partem a suo toto, Bald in cap. penult. n. 3. de officio delegati, Tusco. d. conclus. 1. n. 5. & 6. at num. 7. quod privationē quoque importet.

4 Exclusionem quoque importat termini à quo, ut tradit Tiraquel. vbi supra, n. 51. ut præterea diem termini à quo excludat, nec computetur in termino ut idem Tiraq. nu. 17. & 18. qui plurimos adducit, & nu. 22. dicit hanc opinionem esse sequendam, quia seruatur de consuetudine, & idem dicit Iason in l. 1. num. 20 ff. Si quis cautionibus, licet contrarium, quodvis mirum inclusionem importet, & quod dies termini computetur in termino de momento ad momentum, tradat idem Tiraquel num. 19. tu declarata cum Tusco d. conclus. 1. num. 10. & sequentibus, cum quo latissimè prosequere usque ad num. 64.

5 In Glossa, verbo impiere.

Notat Paulus Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 7. nu. 13. ad hoc, quod circumcisio fuit figura Baptismi, quæ octauo die fiebat, sic etiam eodem die baptismus debet fieri. O. bagani de Sacramentis in genere quæst. 10. num. 2. Nicolaus de Nise. lib. qui inscribitur Resolutio Theologorum tr. 6. par. 1. portione 3. q. 2. Suar. tomo 3. in 3. p. 17. in commentario art. 1. q. 70. Egid. q. 70. art. 1. num. 1. & D. Aug. lib. 6. contra Julianum cap. 3. Sacramentum, inquit, circumcisionis in figura præcessisse baptismatis, quis vel mediocriter sacris litteris eruditus ignoret? Per circumcisionem vero (ut habetur in cap. maiores de baptis.) originalis culpa remittebatur, & damnatio periculum vitabatur.

6 In Glossa littera O. Nota quod littera. O. est ultima littera Græcorum, & importat perfectionem. Tusco. d. conclusione 1. n. 3. Glossa in cap. postquam verbo, pro O. 13. q. 2. Vide Interpretes Sacros ad locum Apocalypses 1. num. 8. vbi late Viegas, Ribera, Alcaçar, apud quos multavideri possunt.

CAP. Luxuriosa. III.

SUMMA RIVM.

1 Vinum ad Luxuriam incitat.

2 Qualiter ebrius puniatur, si alium occidat?

3 Vses vini impedit sapientiam.

IN textu. Probat textus, vinum ad luxuriam incitare, ut ex Diogo Siculo, & alijs tradit Gutier. lib. 2. canon. cap. 4. nu. 17. idem statuit l. 6. ad finem, tit. 7. p. 2. ubi Glossa 4. littera B. recitat illud Pauli ad Ephesios cap. 5. num. 18. Nolite inebriari vino, in quo effluxia; quem locum accommodatè exponit D. Prosper. lib. 2. de vita contemplativa cap. 17. & cap. 22. Veruntamen nimia vini potatio reddit homines inutiles ad coitum, atque obeam causam Alexander Magnus, qui multo vino indulxit non fuit strenuus in actu venereo, ut ex Aristotele tradit Gregorius Lopez d. l. 6. Glossa 3. latius Tiraq. l. 15. connubial. n. 148. & sequentibus, Plura tamen bona de effectu vini tradit Plato lib. 1. de legibus Aristotel. 2. Metheorum cap. 3. Plinius lib. 14. cap. 22. late Frater Ioannes de Pineda in agricultura christiana dialogo 10. §. 16. cum alijs pluribus, vbi ad longum, Petrus Mexia in sylva varia lectionis 3. par. cap. 16. quibus locis plura, tam in laudem, quam in detestatione vini inveniuntur. Adde Rauisum Textorem 2. parte officina, titulo de gulosis, edacibus, & vinolentis.

Ibi, Tumultuosa ebrietas. Er-

go
vinū ad rixas provocat, unde Horatius 1. Carm. Ode 18.

At ne quis modici transfiliat munera Liberi.

Centaurēa monet cum Lapithis rixa super mero.

Debellata.

Consulatur Glossa in cap. à crapula, de vita, & honestate cleric. & qualiter ebrius puniatur, vide Perez lib. 8. ordinamenti tit. 8. Glossa 1. in rubrica, colum. 1. p. 205. & videnda est additio ad Glossam 2. per totum in l. 1. eodem tit. Azevedo lib. 4. novae recopilat tit. 13. l. 1. num. 32. Antonius Gmez de delictis cap. 1. num. 73. Iulius Glarus lib. 5. §. final. q. 60. vers. præterea querò. Plaça de delictis cap. 30. Men hac illis lib. cap. 19. numer. 13. & 14. Castro de lege penali lib. 2. cap. 14. §. Prima principalis vers. ex quo infero fol. 246. Menoch. de arbitrijs lib. 2. ca- su. 326. Tiraq. de pœnis temperandis, causa 6. ubi tradit plura Ouidij carmina, Gutier. canoniar. lib. 2. cap. 4. num. 82. ubi latissimè Pichardus in §. erat, nu. 19. inst. de successionibus sublatis & quod ebrius non possit de heresi accusari, dimic. de carbo-

luis

litis tit. 17. num. 17. Adde textum in l. omne delictum
6. verf. per vinum, s. de re militari, & an damnum
illatum alteri, sit in foro conscientiae restituendu-
m? Gomez d. tomo 3. cap. 1. numer. 37. Sanches in
decalog lib. 1. cap. 16. in fine. Cum quo hanc sta-
tute resolutionem. Damna ante ebrietatem
prævisa, & quæ ebrius vitare poterat, si alteri
post ebrietatem inferantur, obligant ad testigu-
tionem. Si vero non sint prævisa, sed sint me-
re casualia, non datur obligatio restituendi.
Quod late probat idem auctor citatus à nu. 41.
usque ad finem capit. 2.

Ibi, non erit sapiens. Igitur
usus vi-
ni impedit sapientiam, ut arguit. D. Thomas. 2. 2.
quest. 149. art. 3. in principio. Immodeste Aulo Gellio
noct. Attic. lib. 15. cap. 2. immoderata vini ingurgi-
tatio, sic mentem, obtusam reddit, ut ad ve-
ram scientiam comparandam vires adimat,
penitusque eneruet. Ille, inquit, nebulos ebrietatem
estam turpisimam, quæ labefacere, & immixtuere ho-
minum mentes solet, laudauit.

CAP. Ecclesiæ. IV.

S V M M A R I V M.

1. **Pralati non debent inter epulas, & co-
nvivia affluere.**
2. **Propter saturitatem multi obierunt, &
num. 3.**
3. **Episcopi principes Ecclesiæ, & summi
sacerdotes appellantur.**

IN textu. Nota ex textu, non debere
prælatos lautis epulis uti, nec
inter epulas, & convivia affluere, de quo
Bertachinus de Episcopo, p. 1. lib. 2. numer. 74. ubi
hunc textum dicit notabilem, licet in usu non
seruatum; nam prælati debent cavere ab ebrie-
tate, & cibis: quia eorum superfluitas destituit
castitatem, neque est honestum facie rubicun-
da e ciborum superfluitate prædicare verbum
Dei, ut eleganter meminit. l. 36. tit. 5. part. 1. ubi
Glossa. 7. nostri textus meminit; nam vilis, te-
nuis, & simplex mensa bonæ conscientiae ma-
ter est, qui autem à cibis cupiunt abstinere,
nihil aliud summant nisi quantum stomacho
reficiendo, ac fami eximenda satis esse videa-
tur, atque eis saturitas edendi finem non fa-
ciat, sed voluntas; ut sancte docet Prosperus lib.
2. cap. 4. nu. 44. & 46. Lodouic. Soto Mayor in epistola
ad Thymot. 1. cap. 3. numer. 3. verbo non vinolentum
post principium.

2. Vnde D. Hieronymus Epistola ad Furiam ex Ga-

leho, vel doctissimo Galeni interprete, est
eos, quorum vita, & ars sagina est, nec vivere
posse diu, nec sanos esse, animasque ita nimio
sanguine, & adipibus involutas nihil tenue,
nihil cælestis, sed semper carnalia eructare, &
ventris ingluvien; cogitare. Adeo verum est
illud Sapientis Eccles. 37. numer. 34. qui abstinentis est
adjicit vitam, in multis enim scis erit infirmitas,
& propter crapulam multi obierunt, facit illud Chry-
stostomi sermone 29. in Epistolam ad Habreos, excessus
ciborum consumere, & putrefactare corpus humanum,
& macerat egritudine diuturna.

Hinc multi diminuere de alimento, & co-
mestione, abstinentes se à suis appetitis, par-
centes gulæ, & viventes temperatè per diatas,
qui leuioris motus sunt. Quare D. Hieron. lib. 2.
contra Iovinian. scribit, quosdam morbo articu-
lari, & podagræ humoribus laborantes, pro-
scriptione bonorum ad simplicem mensam, &
pauperes cibos redactos, convaluisse; caruerat
enim solitudine dispensandæ domus, & epit-
ilarum largitate, quæ & corpus frangunt, &
animum; nihil enim sic iucundum est, ut ci-
bus bene digestus, nihil sic ad salutem, & sen-
sum acumen operatur, nihil sic ægritudinem
fugat, ut moderata refectio.

**In principio textus, ibi, Eccle-
siæ principes.** Ergo prælati Ecclesiæ prin-
cipes appellantur, ut docet
Glossa. 1. in presenti, conducunt, quæ tradit Bellar-
minus de officio principis lib. 1. capit. 5. Iuvat illud
Psalmi. 44. nu. 17. constitues eos principes super omnem
terrā, ubi eruditæ Lorini, sicut etiam ap-
pellantur summi Sacerdotes, ut in cap. 2. dist. 36,
ubi Præpositus nu. 1.

CAP. Venter. V.

S V M M A R I V M.

1. **Vbi est ebrietas, ibi, libido, & furor do-
minatur.**
2. **Ebrius furioso equiparatur.**

IN textu. Quem adducit Palea ex
Epistola 83. Hierony. ad Oceanum,
quo probatur, ubi est ebrietas, ibi libido
dominari, & furorem; citat Gregorium Lo-
pez p. 1. tit. 5. l. 36. Glossa 6. Lodovicus Soto maior
in epistola 1. ad Timoth. cap. 3. verbo, non vinolen-
tum, in principio. Hanc vero ebrietatis furio-
sam libidinem, & furorem libidinosum con-
cinne, & eleganter pinxit Cyrillus lib. 7. in Levit.
citatius à Ludovico Carbone q. 140. in lib. qui dicitur
Interior homo. Ebrietas inquit, furorem inducit, lin-
guam

gnam ligat, sicut provocat, oblivionem gignit, tremulas manus reddit, caput grauiter offendit, membra omnia debilitat. Vbi vides omnia ebrietatis incommoda, ab ipso furore exordiri; quasi nihil habeat prius, quam animum reddere furentem. Ut vero libidinosum reddat, audi Virgilium.

Nec veneris, nec tu vini catiaris amore,

Vno namque modo vina, Venusque nocent.

Ibi, furor. Ergo ebrios furioso æqui-

paratur cap. crapula, de vita, &
honestate clericorum, ibi mentis inducat exilium, unde non valet matrimonium contrahere, Decins
cons. 112. Covarr. de sponsal. 2. p. cap. 2. nu. 9. Gutier. de
canon. lib. 2. cap. 4. num. 107. Sanch. de Matrimonio tomo 1. disp 18. vnum. 19. Nec etiam poterit contrac-
tum celebrare, probat Glossa in cap. unusquisque
vers. quod ebrius 22. q. 4. Tiraq. de iure marii Glossa
8. num. 83. Guiier. canon. lib. 2. cap. 4. num. 110. cum
tales nesciant, quid loquantur, & iacere videantur
in sepultura, ut inquit textus in cap. sane
vers. nesciunt 15. q. 1. Nec beneficio Ecclesiastico renunciare, ut late probat Peres lib. 8. ordina-
menti tit. 8. l. 1. in 2. additione, ubi ponit ridiculum
exemplum de quodam Tudesco ebrio, qui no-
luit renunciare suo beneficio. Nec etiam po-
test facere testamentum, Gutier. d. cap. 4. nu. 109.
Adde Reginaldum lib. 22. n. 61. ubi advertit, eum
hominem qui ab ebrio aliquid ludendo lucra-
tur, vel etiam aliquid dono accipit, teneri ad
resstitutionem. Quia ebrius reputatur amens.

CAP. Vinolentum. VI.

SVMMARIVM.

- 1 Clerici non debent in convivijs alios invitare ad bibendum.
- 2 Ebrius, si hominem occidat, an fiat irre-
gularis? & num. 3.
- 4 Monachi vinum debent fugere, tanquā
venenum, & n. 5.

IN textu. Cuius meminit Gutier. canon. q.
lib. 2. cap. 4. n. 12. referens Glossā
in l. que adulterium, penult. verbo, intemperantia
ad legem Iuliam de adulterijs. Tiraq l. 9. connubial.
nu. 209. An autem ebrietas voluntaria peccatum
mortale sit, aut veniale? Vide posita ad cap. vnu
orarium nu. 9. supra, dist. 25. Notabis in super cle-
cicos non debere in convivijs alios invitare
ad bibendum, nec se obligare ad æquales po-
tus; hoc namque maximè perniciosum est, ut
tradit textus in cap. à crapula, de vita, & honestate
clericorum, prosequitur Gutier. d. cap. 4. à nu. 18.
Si queras utrum hæc in potationibus concer-

tatio, immò ad potus invitatio, sit peccatum mor-
tale, aut solum veniale? Respondebit Lessius de
iust. dub. 4. per totum, illud fermè esse peccatum
mortale, quia plerunq; datur periculum ebrie-
tatis. Si tamen illud non detur, erit solum ve-
niale. Consule citatum, qui doctissimè rem
discutit.

Ibi, Statum mentis evertit. 2

Ergo cum ebrij careant intellectu, si hominē
occident; quæstio esse potest, an fiant irregula-
res? Pars affirmativa suadetur, quia licet ebrie-
tas excusat à dolo, non tamen à culpa, ex qua
arbitrarie ebrius puniendus venit, deinde quia
si Papa aliud voluisse, hoc expressisset in cle-
mentina vnica de homicidio, sicut expressit in dor-
miente, & infante, & ita hanc opinionem tra-
dit Cardinal. num. 9. Imola numer. 14. in d. Clement.
Villadiego de irregularitate cap. 6. nu. 54. ubi Peres in
additione multos refert, Sylu, verbo, homicidiu[m] 3.
num. 6. in fine, & communem esse sententiam
fatetur Navarr. in man. cap. 27. n. 230.

Contraria tamen sententia verior appareat,
nempe ebrios homicidium committentes, ir-
regulares non fieri; cum ebrietas furori com-
paretur, iuxta notata in cap. venter, n. 2. supra eadē,
quam opinionem tenet Navar. in Manhal. d. c. 27,
numer. 230. Covarr. ind. clementina si furiosus 3. part.
in principio num. 4. Castro de lege panali lib. 2. cap. 14.
& Prima principalis, Plaza de delictis cap. 30. num. 3.
Gutier. canonic. lib. 2. cap. 4. num. 94. vers. Sed bis non
obstantibus Ludovicus de Beja casu 40. & apud illum
Maior in 4. dist. 15. q. 8. Nec obest, quod ebrius
sua culpa privatur usu rationis. nam potest etiā
accidere, quod quis sua culpa furiosus fieret, ut
probatur in cap. Si quis insaniens. 15. q. 1. & tamen
adhuc non erit irregularis, d. Clement. si furiosus
ut latè tradunt Castro, & Navarr. ubi proximè;
quod limitabis nisi homo hac intentione in-
ebriaretur, ut alium occideret, tunc enim ho-
micide iam esset voluntarium, non per acci-
dens, atque ut tale irregularitatem induceret, ut
post Castrum, Carrerium, & alios tradit Covarr. d.
n. 3. Plaza n. 5. Gutier. d. cap. 4. n. 104.

Ad finem, ibi, Sponsa Christi.

Igitur moniales, vinum debent fugere tanquā
venenum Gregor. Lopez, part. 2. tit. 7. l. 6. Glossa 2.
in fine. Tiraquel l. 9. connubiali nu. 205. Facit illud
Ecclesiastici cap. 26. n. 11. Mulier ebriosa ira magna, &
contumelia & turpitudo eius non tegetur. Vnde olim
apud multos populos usus vini fuit mulieribus
interdictus, sicuti obseruatum fuisse compari-
tur apud Romanos, ceterosque universim, La-
tinos, Italos, Milesios, & Masilienses, ut curiosé
congerit Tiraq. ubi proximè num. 206. & seqq.
Gutier. canonic. lib. 2. d. cap. 4. à num. 22. Aulus Gellius
noct. Attic. lib. 10. cap. 23. Pier. Valer. lib. 53. de vite.
ubi ex Terulliano refert, hanc à vino abstinenti
consciu-

consuetudinem adeo religiose à Romanis esse obseruatam, ut quædam matrona morte fuerit mulierata, & quod cellam vinariæ reserauerit. Doctissimè Raderus in lib. I. Martialis Epigram. 71. ubi multos doctè congerit. fol. 155. licet Accurritus leve existimaret peccatum, quotidianam ebrietatem in muliere in leg. I. §. taceret, verbo, mores, de rei uxoria actione, & int. ult. Glossa ultim. C. de repudijs.

5 Cum enim vina, & cibi nimij castitati inservientur, debent moniales studiose cavere sibi à saturo ventre, & quotidianas cōtra eum excubias agere, instar nobilissimæ Paulæ Romanæ cuius vita norma hoc à gloriose Hieronymo coronata fuit epitaphio; exceptis diebus festiis, vix oleum in cibo Paula capiebat, ut ex hoc uno existimat, quid de vino, & ovis, & piscibus, ceterisque indicaret. Non enim sola crapula vini mentem inebriare consuevit, verum etiam omnis integritatis, ac puritatis contemplatione disponiat, tradit latè Cassianus lib. 5. de instit. renuntiat. cap. 6.

CAP. Luxuriam. VII.

S V M M A R I V M.

1 Non facit contra abstinentiam, qui vinum pro corporis salute bibit.

IN textu, ibi, Perceptio minima. Igitur nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec eis hoc affert voluntas, sed premittit infirmitas, quando quidem infirmum stomachum, moderatus usus vini confortat. Vnde Apostolus Thymotheo cap. 5. numer. 23. qui se longa abstinentia iam fregerat, & stomachum aquæ perceptione corruperat, modico vino uti debere precipit; si tamen defuerit debilitas, à vino est abstinendum, ne vini perceptio, quæ infirmum sustentat, sanum corpus incendat; Diuus Thom. 2.2.q.149. art. 3. tradit eleganter Prosper. lib. 2. de vita contemplativa cap. 22. Gutier. canonic. lib. 2. cap. 4. & num. 32. & nu. 37.

CAP. Sexto die. VIII.

S V M M A R I V M.

1 Sexto die terra produxit animalia.
2 Omnia vitiorum nutrix est ebrietas.

- 3 Dicitio Per quid significet?
- 4 Ieiunium appellatur abstinentia alicuius fructus.
- 5 Omnis legalis servitus, an iuregentium fuerit instituta? & n. 6.
- 7 Deus an simul omnia creaverit?

IN principio textus. Sexto igitur die, terra produxit tria genera animalium, scilicet iumenta, reptilia, & bestias, ut latè prosequitur Turrec. in praesenti num. 9. & sequentibus. Suarius de opere sex dierum lib. 2. cap. 10. Sed dubitatur ad quid Deus creauit serpentes, cum nihil proficiant, & hominibus noceant? Respondetur, quod in creatione rerum, finis principalis fuit gloria Dei. Ad gloriam autem Dei pertinet diversitas ordinata in creaturis, quia nihil est, quod magis sapientiam artificis demonstret, quam cōcors rerum diuersitas. Insuper non sunt serpentes hominibus totaliter inutiles, cum de corporibus eorum medicamenta varia conficiantur, prosequitur latè Abulensis super Genes. cap. 1. q. 30. Similia habet Suar. de opere sex dier. lib. 2. cap. 7. & nu. 9. agens de herbis venenosis, &c.

Ibi, cibus cœpit. Refert Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 36. Glossa 3. ad hoc, quod omnium vitiorum fontes, & nutrix est ebrietas, & ubi factus est cibus, finis est mundi. Guierres canon. lib. 2. cap. 4. num. 1. & 2. Bernard. Diaz in praxi cap. 77. verbo, ebrij nu. 1. ubi Salzedo littera H. Cælius lect. antiq. lib. 28. cap. 28. vinum dixit metropolim omnium malorum: neque solum animo, sed etiam corpori valde perniciosum. Iam vero quantum, & quam insanabile sit ebrietatis malum eleganter probat Didacus de Bæza in commentarijs moralibus, tomo 2. lib. 10. cap. 11. §. 9. Per totum.

Ibi, Per quos. Dicitio, Per, non denotat hīc causam temporis concomitantem, vide textum in l. Vibana ff. de verborum significat. Fianch. in cap. 1. num. 3. vers. item de regularibus in 6. licet aliquando importet causam efficientem, Romanus conf. 301. num. 13. vers. & ex dictione, per. Perfectionem quoq; importat, ideo testes deponentes, quod quis possedit per annum, intelligitur per annum perfectum, & finitum. d. l. Vibana §. Pernotare, Roman. ubi proximè Ioan. de Imola conf. 101. in causa nu. 1. Tuscb. tom 2. conclusione 324 nu. 2.

In §. Serpens, ibi, ieiunare. Ergo ieiunium potest appellari abstinentia alicuius fructus, licet de alijs pluries comedatur. Nam in Paradiso non fuit indictum ieiunium Adamo; sed ut non comederet de ligno scientiæ boni, & mali. Gen. cap. 2. numero 17. & tamen hīc appellatur ieiunium, notat Inno-

Innocen. in rubr. de observatione ieiuniorū, n. 2. in princ.

In §. Monebat. Propter hæc verba arbitratūr aliqui do-

ctores, non omnem legalē servitutē iuregētiū fuisse institutam; ita Annan. n. 3. & ibi, Navar. notabili. l. n. 14. circa, Glossam pen. in c. ita quorundam de Iudeis; Iuvat textus in l. & servorum, ibi, Aut iure civilis, aut gentium, ss. de statu hominū. Contraria tamen opinio tenenda est, nēpe verā, & propriā servitutē solo iuregentium fuisse institutā, cum sola hæc servitus ipsum libertatis statū prossus evertat, probat textus in l. libertas, vers. servitus, ff. de iust. & iure. l. 1. ff. de ijs qui sunt sūi, ibi, tota potestas in servos est iuregentiū. Isidor. in c. ius gētiū dist. 1.

Nec ob eit textus in præsenti. Respondetur D. Ambros. solum afferere, servitutē à Noë fuisse pronuntiatam, quasi velit non alia de causa postmodum processu temporis fuisse inducta, quam ut Propheticæ maledictioni erga Cham satisfactum foret, idq; significant verba nostri textus, ibi, Non etiā hodie servitus, & sic nō negat D. Ambros. servitutē iuregentium bellorū iniuria fuisse institutā, deducit optimè, D. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 15. fuit igitur servitus cōsequuta ex ebrietate occasionaliter, in quātum Cham maledictionē servitutis in sua posteritate suscepit, ut exponit, D. Th. 2. 2. q. 150. art. 5. ad 3. sic cessat labor Glossæ verbo, serviutes, in d. c. ius gentium, labor item Sotii lib. 4. de iust. q. 2. art. 2. in fine affirmatis; se verba, D. Ambrosij, non intelligere; minus obstat d. l. & servorum. Respondetur textum illū agere de modis acquirendi servos, ut videlicet sicut dominia (quæ alias sunt iuris naturalis l. 1. ff. acquirendo rerū dominio) quandoque per modos naturales, quādo p̄ modos civiles nobis acquiruntur, l. traditionibus C. de pactis; sic sane licet hæc servitus vna tantū sit iuris gentium instituta, plures tamen sunt modi acquirendi servos, quorū alij iure gētiū, alij iure civili sunt iudicti iuxta d. l. & servorum.

In §. fuit, ibi, Origo incesti.

Notat Boerius decis. 318. n. 2. ubi agit, qualiter pater filiæ leno, aut filiam cognocēs puniatur referēs textū in l. Silenones patres C. Episc. audiētia.

In Glossa, in verbo, Sexto die.

Controvertit Glossa, an Deus per singulos dies singula creaverit, an simul omnia, & postea in describendo, & proferendo distincta fuerint? De quo disputat Præpositus in presenti n. 4. Turre, c. 1. num. 1, qui latissimē differunt Suarius de opere sex dierum lib. 2. c. 12. num. 3.

CAP. Ante omnia. IX.

S V M M A R I V M .

T De pena clerici ebriosi, & n. 2. & 3.

4 Diuinus Thomas nostri textus meminit.

In textu. Statuit Concilium Agathense, vt clericus quem ebrium constituerit fuisse, aut triginta dierum spatio à communione submoveatur, aut corporaliter subdatur supplicio, de quo agunt Rebuss. in praxi. benef. 2. p. tit. de clericis ad sacros ordines male promovit, Glossa 4. n. 8. Bernard. Diaz. in pract. cap. 77. Verba ebrij, n. 2. qui nostri textus meminit; ubi Salzedo littera, A. multa adducit, Placa de delictis, lib. 1. c. 30. n. 4. addens, quod sicut miles cælestis militia, sic miles armatae propter ebrietatem deponi potest ab omni militia, ex textu in l. omne delictum. Perrinum, ss. de remilitari, quod prius docuerat Abb. in cap. à crapula n. 3. de vita honest. clericor. sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 404. post alios Gutier. canon. lib. 2. cap. 4. n. 61. At Hostiens in summa tit. de temporib. ordinat. §. Et cui, vers. 3. n. 17. distinguit; quando clericus semel ebrius fuit; secus si episcopus, presbiter, vel diaconus deserviat ebrietati, nam tunc si non desinat, deponitur; subdiaconus, vel inferior, sive clericus, sive laicus, si non desinat, cōmunione privat, vt in cap. Episcopus, supra hac eadem dist. notant Salzedo d. cap. 77. n. 2. Gutierres d. cap. 4. n. 70.

Postea vero, Innocentius 3. in Consilio generali Lateranensi, statuit, clericum à crapula, & ebrietate non abstinentem, qui à superiori cōminatus non satisfecerit, ab officio, & beneficio esse suspendendum, ut habetur in cap. à crapula, de vita, & honest. clericor. Bernard. Diaz d. c. 77. n. 22. in fine, ubi Salzedo littera, B. Trocias lib. 2. de vita clericis cap. 59. Gutier. d. cap. 4. num. 63. Tandem Glossa ultima ind. cap. à crapula, hoc superioris arbitrio relinquit, ut delinquētem suspendat ab officio, vel beneficio, quam dicit cōmunionem ibidem Abb. n. 4. sequitur Salzedo d. cap. 77. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu, 404. num. 4. Gutier. d. num. 63. eleganter Suarius de censuris disp. 2. sect. 2. num. 12.

Insuper, ut clerici ab hoc vitio caverent, eorumque honestati consuleretur, prohibitum est illis tabernas ingredi, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate compulsis, ut cap. clerici, de vita, & honestat. clericorum Gutier. d. cap. 4. n. 67. Bernard. Diaz cap. 77. num. 3. ubi Salzedo littera, D. tradit etiam apud Ethnicos tabernarum ingressum nīmis ignominiosum, & ideo clericus ingrediens tabernam, peccat ex. Navar. in Manual. cap. 25. n. 110. vers. 24. quam penam incurrit vide Filin. in cap. Si constituerit num. 2. de accusat. Gutier. d. cap. 4. n. 68 & 70. Bernard. Diaz d. cap. 77. n. 3. post principium, Clementina 1. de vita, & honestat. clericor. & posita ad cap. oportet, infra 44. dist. Verum cum ebrietas probatione difficilis sit ex Innocentio in cap. cum causam, de testibus num. 3. Bald. in cap. à crapula de vita, & honestate clericorum numer. 1. satis est indicijs, & præsumptionibus

A a probari,

probari, eo quod nullo corporis sensu posset apprehendi, latè Salzed. in additionibus ad Bernard. d. cap. 77. littera. B.

4 Ibi, vitiorum radix. D. Thomas 2.2. q. 150. art. 3. in principio, qui textum refert agens. Vtrum ebrietas sit gravissimum peccatum, Adde Salzedo in additionibus ad Bernard. d. cap. 77. Glossa 1. De quo diximus hac eadem, dist. cap. 8. num. 2. & cap. 3. num. 1. & 3. & cap. 5. num. 1. ubi innumera incômoda ab infâusta ebrietatis radice pullulantia recensimus. Ac si ebrietas omnium malorum sensus; radix, caput, & origo sit habenda.

DISTINCTIO. XXXVI.

S U M M A R I V M.

■ Prudentia desideratur in Episcopo.

1 N principio distinctionis, ibi, Oportet ordinandū esse prudentem. Ergo non sufficit habere aliqualē prudentiā, sed sufficientem; aliter est quis inhabilis ad beneficiū obtinendum, ut ex predictis verbis colligit Navar. in cap. Si quando, de rescriptis, exceptione, II. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 426. Est enim prudentia virtus propria eius, qui ceteris praestat, teste Aristotel. lib. 3. politicorum cap. 3. quanta vero prudentia sit opus iudicis arbitrio relinquitur, & eleganter determinat Andr. Siculus cons. 34. preclaris, nu. 39. vol. 2. quem refert, & sequitur Navar. ubi proximē nu. 5. Menoch. ubi proximē num. 12.

C A P. Illiteratos. I.

S U M M A R I V M.

3 Illitterati non sunt ad clerum promovēdi; nec corpore vitiati, nec qui se ipsos absindunt, & n. 2. & 3.

4 Dicitio, Similiter, quam significationē habeat?

1 N textu. Præcipit Gelasius Pontifex, illitteratos non esse ad clerū promovendos, de quo vide posita cap. præcipimus, n. 2. & 3. supra dist. 34. & ad cap. 1. n. 6. dist. 35. Adde Navar. in cap. Si quando, de rescripti. except. 12. num. 1. & exceptione 13. per totum. Azor. in summa p. 2. lib. 3. cap. 28. vcrf. nonne queritur.

Ibi, Corporis vitiatos. De quibus vide posita ad cap. præcipimus nu. 4. supra dist. 34.

In fine textus, ibi, Qui se ipsos absindunt. De quo vide posita ad cap. 2. num. 6. supra dist. 33.

Ibi, Similiter. Quæ dictio importat similitudinem facti, & modi, Socinus cons. 281. in causa Bernardi lib. 2. n. 3. & similitudinem ad præcedentia l. Clemens patruus, in principio ff. de heredibus inserviend. De cius cons. 646. In casu proposito: importat etiam æqualitatem, Socinus ubi proximē, textus in Glossa in l. non omnes, in principio ff. de remilitari, Albericus in dictionario, verbo, similiter, latè Tuscius tom. 2. conclusione 375. num. 7. & sequentibus.

C A P. Qui Ecclesiasticis. II.

S U M M A R I V M.

- 1 Zozimus Pontifex, quis fuit? & n. 2.
- 3 Non debet fieri Episcopus, qui divinis non sit eruditus.
- 4 Male ordinans, quam penam incurrat?
- 5 Episcopus alios debet docere, & ad omnes questiones respondere, & n. 6.

1 N superscriptione, ibi, Zozimus. Qui fuit natione Græcus, Abrahāni filius, creatus Pōtifex anno Christi 417. die 19. mensis Augusti, Honorio, & Theodosio imperantibus; Concilium Carthaginense celebravit, in quo damnauit Pelagium, & Cælestium, ibi interfuerunt ducenti quatuor Episcopi, vide Baron. tom. 5. annal. anno Christi. 417. §. Post Innocent. obitum, & anno Christi 418. in principio. Zozimus mortuus est die 26. Decembris, cum sedisset annū unum, menses quatuor, & dies septē, sepelitur via Tiburtina apud corpus S. Laurentij Mart. cōcessit licetia benedicendi cereum paschalē per parochias, quod perperam acceperunt nonnulli putantes primo inventum esse eius usum, cum illud tam tunc à Zozimo institutū esset, ut idem cercus, qui in maioribus tantum basilicis incendi solet, atq; singulis parochijs concederetur, notat Baronius d. anno 418. ad finem, §. Hic constituit.

In eadem superscriptione, ibi, ad Hesychium. Seu Isichium episcopū Solitanum, ad quem Zozimus misit nostram decretalem Epistolam simulque ad Gallos, Hispanos, & Africanos, de ministris

ministris Ecclesiae ordinandis, ut refert Baron.
d. anno 418. §. Hoc item anno.

In textu. Collige, quod non debet ad Episcopatum aspirare, qui divinis officijs, vel disciplinis non sit eruditus, alias promotus, & promovens punitur. At de scientia, quæ requiritur in Episcopo, vide posita ad cap. omnes, 6. infra dist. 38.

Ibi, Careant eo ordine. Igitur ordinans nō debet suspendi, nisi ab ordine, quem male contulit, ut docet Ioan. Monach. in cap. eos, de temporib. ordinati. n. 6. & post Vincentium, & Archidiaconom, appellat opinionem veriorem Praepositus n. 3. in presenti, Turrecremata num. 2. vers. secunda, cum iste canon sit penalis, & nō debeat ad alia extendi, facit optimè textus in cap. nullus, de temporibus ordinat. in 6. ubi Episcopus punitur tantū in ordine, quem concessit. Contrarium tamen post Hugonem, sequitur Hostiensis per illum textū in cap. vel non est compos, vers. Punitur, de temporib. ordinat; ubi episcopus suspenditur à collatione omnium, & tamen non peccavit, nisi in diaconatu, licet in alijs sit ei reservata episcopalis dignitas. Prima opinio æquior videtur, neque obest, cap. Non est compos; quia respondetur, ibidem non privari episcopum nisi ab omnibus ordinibus, quos contulit, ut puniatur solum in quo peccauit, innuit Glossa, verbo, suspendentes, d. cap. non est compos.

In §. Ecce post principium, ibi, Alios debeant docere. Ignominiosum est enim episcopo, si ab alijs querat doceri, cum ipse alios docere debeat, ut in auth. de sanctissimis episcopis §. Damus, ubi Glossa verbo, qui enim, Greg. Lopez p. 1. tit. 5. l. 37. Glossa 1. & 2. qui nostri textus meminit, non tamen est indecens, quod etiam aliquando consulat peritos, advertit, Felinus in cap. Si quando n. 13. de rescriptis.

In Glossa verbo, Satisfactionē. Docet Glossa prælatos ita debere esse litteratos, ut respondeant ad omnes quæstiones, quia tantum debent differre prælati à subditis, quantum granum à palea, prosequitur laté Gregor. Lopez p. 1. tit. 5. in proœmio littera. D.

CAP. Siquis. III.

S V M M A R I V M .

- 1 Abulensis nostri textus meminit.
- 2 Episcopi, & clericorum, quando possint interesse bellis?
- 3 Diclio, inde sinenter, quid importet?

IN textu, ibi, Imitetur Moysen.

Proponitur Moyses sacerdotibus imitandus in officio Sacerdotali, tum quia à Deo fuit singulariter edoctus, cum quo Dominus loquebatur, ut amicus amico. Exodi cap. 33. num. 11. ubi Abulensis, in Glossa Marginali, citat nostrum textū, tum quia totius officij Sacerdotalis Moyses exemplar accepit, cui Dominus ait Exodi c. 25. n. 40. fac secundū exemplar, quod tibi monstratū est in monte, vide Gregor Lopez part. 1. tit. 5. l. 37. Glossa 2.

Ibi, Illè orat. Collige, quod ad victoriā obtainendum, ab inimicis, operatur plus oratio, quæ fit per sacerdotes, quam impulsus armorum, qui fit per milites bellantes, pro cuius rei probatōne, concionatores remitto ad Mendocam lib. 1. Reg. cap. 1. num. 18. ad not. 11. sect. 3. ubi doctissimis conuincit argumentis, precaria orationis iacula omni militum robore, atque strepitu esse fortiora. Nequè minus ingeniosé Didacus de Baeza in commentarijs moralibus tom. 2. lib. 11. cap. 6. §. 3. ad universorum hostium conflictum superandos, maiorem in oratione, quam in armis potentiam esse ostendit. Quando autem episcopi, & clericorum possint interesse bellis disputat Glossa verbo, non vadit, vide posita, ad principium, dist. 21. num. 6. & sequentibus: Adde Greg. Lopez p. 1. tit. 6. l. 52. Glossa 6. afferente in bello, quod princeps gerit contra Christianos, exculari debere prælatos, & alios clericos ut personaliter bello non intersint, quia speciale est ut possint interesse in bello contra hostes fidei: non tamen per hoc negatur quin possint prælati interesse bellis suis, quæ licet ratione iurisdictionis suæ, vel ob defensionem movent, iuxta nostram Glossam, de qua ibi, Greg. Lopez.

In textu, ibi, inde sinenter. Id est temporibus cognatis, Glossa verbo, continue, in cap. ult. de verbis significat. in 6. & post Anton. in proœmio Gregorian. exponit Felin. in c. de reg. 25. n. 3. de simonia, qui multa de similibus verbis congerit, & nostri textus meminit, ex hoc inferens, testem dicentem, quod talis continue possedit per tot annos, debere excusari, dato quod quādoq; ille desiderat à possidendo, & ideo singulariter dixisse Roman. in l. Si ista stipulatus esset 14. in fine n. 12. ff Verborum obligationibus, quod si fuerit factū legatum Ecclesiæ cū onere, quod tribus annis continuis Ecclesia det certū quid hæredi, sufficeret dare tribus annis etiā interpolatis per textum in l. Paulus. §. Caius, ff de liberali causa, ad Glossam in c. final, de Verborum signif. in 6. verb. pro tuis, quod ubi fit mentio de familiaribus, & continuis cōmensalibus, cōprehenduntur illi, qui aliquando sunt absentes de mandato domini, & vide additionem ad Felinum d. n. 3. littera. A, & posita ad cap. sacrosancta, nu. 5. dist. 22. & ad cap. 2. num. 4. dist. 31.

DISTINCTIO. XXXVII.

CAP. Episcopus. I.

S V M M A R I V M.

1. Libri prohibiti, an possint aliquando legi?

2. Episcopi, an possint leges audire? & n. 3

IN textu Collige ex illo, quod prodest, malos libros legere, ut errores refutentur eorum, & fraudes detegantur, de quo Penna ad Directorium Inquisitorum 2. p. commentar. 68. littera B. qui nostri meminit, adde latè de materia Albertinum de agnoscendis q. 28. nu. 4. qui etiam de textu meminit, ex eo inferens, quod licet libri reprobati reperiantur penes aliquem, non sequi concludenter illum esse hæreticum, si tamen ille non fuit author librorum; per quos autem legi possunt ultra Episcopos de quibus textus loquitur, vide Pennam d. part. 2. commentario. 3.

2 In Glossa, verbo, Gentilium, ibi, melius intelligantur. Ergo prohibitus audiare leges civiles, potest minus principaliter illas audire ad finem melius intelligendi Canones, vel Theologiam, & idcirca alias personas prohibitas, audire iura civilia, de quibus in cap. ult. neclericis, vel monach. tenuit Ioannes Rogerius per plures decisiones, in repetitione cap. 1. Notabili. 1. de causa possession. Abb. in cap. non magnopere nu. 9. & in cap. final. nu. 14. neclericis, vel Monachi sentit, Gomez in regula de non tollendo iure quæsito, q. 3. in fine, Rebuff. in tract. de nominationibus q. 5. num. 17. ad finem, pro quibus facit, quod ex contraria sententia sequeretur easdem personas prohibitas audire leges ciuiles, non posse audire legem aliquam, ex qua originem traxit aliquod decretum, pro ampliori illius decreti intelligentia, quæ omnia videntur absurdæ; alias limitationes ponit Aloys. Riccius collect. 1193.

3 Ratio esse potest, quia ita coniuncti sunt canones iuricivili, ut dicat Barbatia in c. conquæstus, col. 3. de foro compet; quod ius Canonicum sine lege intelligi non potest; si militer Bald. in cap. cum causam n. 2. vers. & ita, de probationibus, quod sciens ius canonum, & civile efficitur perfectus, alias non gustat dulcedinem, nec potest practicā legum, & iudiciorū perfecte cognoscere, sic Romanus singulari 654. ait, quod Canonista, sine legibus ad nihil valet. ampliabis opinionem Glossæ, ut scholastici absentes etiā propter studium legū lucrētur fructus suorū beneficiorū, ut est textus notabilis in c. 2. de privil. in 6

CAP. Sacerdotes. II.

S V M M A R I V M.

1. Sacerdotes nō debent comedias legere.

2. Quam penam incurvant?

IN textu. Collige reprehendi Sacerdotes, qui comedias causa voluptatis legunt, & amatoria verba canunt cap. legimus 6. cap. Ideo 15. hac eadem dist. & multo minus possunt esse buffones, aut histriones, ut notavi ad cap. maritum. n. 8. dist. 33, & ad cap. presbiter, n. 3. dist. 34. quia solum debent bonis litteris vacare, & talē ignorantia à se abijcere, Mandosius in regula 20. de idiomate, q. 1. n. 3. qui textū refert.

Immò, si illam artem exerceant, post trinā monitionem, sunt exuti omni privilegio clericali, ut dicitur in cap. vni. o, de vita, & honestate, lib. 6. & efficiuntur de foro sacerdotali, ut tenent Tabiena in summa, verbo, clericus 3. nu. 5. & verbo, excommunicatio. 5. nu. 26. & Bernard. Dias in prædicta criminali canon. cap. 68.

CAP. Nonnè. III.

S V M M A R I V M.

1. In vanitate ambulant, qui secularibus disciplinis occupantur.

2. Diuitiae non sunt appetenda.

3. De officio consiliarij Regis? n. 4. 5. & 6.

IN textu. Collige, quod in vanitate, & obscuritate sensus ambulat, qui secularibus disciplinis occupatur, quoru finis est superbia. Quomodo autē hoc debet intelligi, vide Montal. lib. 1. foris. leg. tit. 6. Glos. 1. circa 3. ubi de dialectica; adde Greg. Lopez p. 2. tit. 13. l. 5. in fine, qui uterq; nostri textus meminere.

Ibi, Diuitias quærit. Igitur diuitiae non sunt cupidè appetenda, hodie tamen prout dolendum est, scietia sine diuitijs contemnitur; & omnia pretio cōparantur, iuxta illud. Propert. lib. 3.

Aurum, omnes victa iam pietate colunt,

Auro pulsa fides, auro venalia iura,

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Et satis est nobilis, qui est dives, ut ex Baldo refert. Felim. in c. super eo n. 2. de testib. n. 5. & omnē rē habere dicitur. Tiraq. de nobil. c. 3. n. 5. & c. 13. n. 164 ut apparel ex illo Horatij. lib. 2. sermon. sat. 3.

Omnis enim res,

Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchritus,

Divitijs parent; quas, qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, iustus, sapiens ne etiam & Rex.

Et quidquid volerit: dicuntur namque divitiæ donum Dei, ut ait Tiraq. in l. si unquam verbo, bona nu. 1. in fine. C. de revocandis donationibus. De acutatis

Ieatis diuitiarum stimulis, quibus appetentium animos miserrinē discruciant, ac distorquent; vido Boetium de Philos. consol. lib. 2. prosa. 5. & lib. 3. prosa. 3. & 8.

Ibi, Qui adulatur Regibus.

Agit textus de consiliariis, qui Regibus adulantur; in quo dicendum est, non inveniri specifice in iure canonico ad quid consiliarius teneatur. Cæterum ex mente iuris nonnulla expressit Rex Alphonsus part. 2. tit. 9. l. 5. ubi Glossa 2. idem Gregor. Lopez part. 2. tit. 14. l. 25. Glossa 3. defomitur ex textu in auct. de mandatis principū §. Deinde vers. festinabis, collat. 3. quæ præcipit in consiliarium eligi virum optimum, purum, iustum, & contentum suo stipendio, ut sic bona consulat, nec spe præmij removeatur à consulendo, id quod iustum fuerit, & licet loquatur in consilio inferioris; tamen in consilio principis idem intelligunt Ioan. Andr. Hostiens, Anch. Innocent. & Anton. in cap. quanto, de iure iurando Puteus de Puteo de Syndicatu tit. de excessibus consiliariorum na. 12. Rebuff. de consiliariis Regum n. 8. & patet ex eo, quia iurant bene, & fideliter implere officium consiliarij, ut colligitur ex Auct. iurandum quod præstatur collat. 2. Afflict. lib. 1. constit. rubr. 45. na. 47. Ordinatio nostra Lusitana hb. 1. tit. 1. §. 1.

Vnde non solum tenentur consiliarij iusta, & bona consulere, sed etiam si videant tractandi rebus in detrimentum Regis, vel Regni, debent impedire. Primo consulendo, & dando rationes cur id fieri non debeat; secundo perquirendo modos, quibus illud non perficiatur, ita l. 3. tit. 13. part. 2. Aules ad leges prætoriū, in proœmio num. 15. & deducitur ex textu in l. quoniam iudices C. de appellationibus, ubi officiales, qui debet consulere, si videat quid iniustum fieri, debent pertinaciter resistere facto, & si non possunt saltem verbo protestando, quod illud non sit eorum consilio, & faciendo hanc protestationem in actis scribi, ubi notat Bart. na. 3. transit notabilitet idem Bart. tract. responsaliorum q. 6. num. 4. Alexand. conf. I. na. 1. lib. 3. Capola cautel. 115. latè Cognolus in l. diem functo na. 55 ff de officio assessoris; Vnde si haec non faciant, poterunt removeri ab officio; authent. de mandatis principum §. Deinde, vers. festinabis, collat. 3. Ioan. Andr. Hostiens, Anch. Imol. & Antonius in cap. quanto, de iure iurando Puteus tract. desyndicat. tit. de excessibus consiliariorum num. 12. Rebuff. de consiliariis principum na. 11. & 12.

Quare si proter malum consilium aliquod, damnum datum est; tenetur consiliarius in foro conscientiae, & civili, illud resarcire. Abb. in cap. sicut dignum ad finem, na. 15. vers. Careant de homicidio; quia licet quis propter consilium non dolosum regulariter minime teneatur, cap. nullus ex consilio, de regulis iuris in 6. Secus tamen est

in eo, qui ratione officij tenetur consulere: nam ratione consilij etiam non dolosi tenebitor, l. 2. ff. quod quisque juris, ubi Glossa penult. & Alex. v. 2. item textus in cap. penult. 12. q. 3. inquit, quod boni regi dare consilium, & praesentis habet vita subsidium, & aeterna remunerationis expectare cernitur præmium. Ergo per contrarium dare male consilium in hac vita, & in alia punitur. Ceterum l. 5. tit. 9. part. 2. probat consiliarium regis, qui male consilium dat incurrere in manifestam traditionem Afflict. lib. 1. constit. ralr. 45. n. 49. quia non consiliarius, sed hostis est nominandus, & esse causa pditionis, cap. clericus. 46. dist. & meretur pena propter malum consilium datum principi, cuius deceptor fuit cap. quonio, & ibi Abb. notabilis l. de iure iurando.

Consiliarij tenentur potius demittere officium, quam aliquid constituere, vel consentire, quod non sit bonum; Abb. in cap. adversus n. 19. de immunitat. In consilio principis si tractetur de re militari, statut. militi, si de iure statut. doctribus etiam ceteris paribus l. 1. C. offic. vicarij, Rebuff. de Consiliariis principum nn. 13. Consilium principis potest recusari, quando principales consiliarij sunt suspecti. Butrius in cap. 1. de iudiciis nn. 35. Rebuff. ubi proximē. nn. 33:

CAP. VINO. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Verba sacra Scripturæ non debent convertri ad vanam interpretationem.
- 2 Verba hereticalia iocose proferens, an sit hereticus?

IN principio, ibi, Pervertunt. Elicio ex textu, quod nemo debet convertere verba sacra Scripturæ ad profanam, & vanam interpretationem, cap. hereticus 28 & c. quidam, 39. in fine, 24. q. 3. & tenet Azor. in statut. moral. 1. p. lib. 8. c. 2. q. 4. Vnde valde puniendi sunt qui sacrae Scripturæ verba profanis immiscet, ut cavitur Trid. sess. 4. in fine; propterea Umbertus Locatus testatur, quendam monachoru, qui cuida ludo turpi, & scandaloso hymnum, iam lucis orto fidere; cōmisiuit, nonnullaque impudica verba, & actus inhonestos addidisset, suis fecundis ligatum in palatio Sancti Officij, atque omnī voce activa, & passiva per decenniū privatum, refert Farinacius de heresi q. 178. n. 52.

Sed quid, si iocose verba hereticalia proferat? Dic quod non est iudicandus hereticus, cum deficiat error in intellectu, & pertinacia in voluntate, quæ faciunt hereticum; latè Azor. red. lib. 8. recopil. tit. 3. leg. 1. a num. 86. & factum iocosum penam non meretur cap. 1. de sen-

reni excommunicati. & l. f. 3. Diuus s. de actionib. & obligat. & l. sicut semel. C. de liberali causa. Quae conclusio, licet sit vera, fallit in crimen hæresis, in quo licet verba talia proferens non sit dicens hæreticus, potest tamen puniri episcopi, aut inquisitoris arbitrio; ad quos etiam spectat, an iocose, vel serio sint dicta, determinare; Cardinal. in clementin. 1. §. Nos igitur numeri 1. de summa Trinitate quia pessimi exempli est, cum rebus fidei iocari, unde aliqua levis pena, seu penitentia imponenda est, & isto casu possunt inquisitores imponere poenam pecuniariam. Rojas singulari 103. Simanch. de catholicis cap. 17. nro. 23. post alios Farniacius de heresi. q. 179. numer. 63. & sequentibus.

CAP. Legant. V.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi sunt eaci circa nepotes, ideoque in Episcopum habens filios, vel nepotes, non est eligendus, nec ad parochiales Ecclesias est admittendus.
- 2 Excessus clericorum debent corrigi.
- 3 Heli an fuerit in eternum damnatus?
- 4 Strena, quid significet?

IN textu ibi, filios suos. Hodie vero, quia per filios solet Ecclesiarum substantia periclitari, cap. de Siracusana. 13. distin. 28. ubi notavi num. 2. Episcopi namque sunt cæci circa nepotes, secundum Glossam in cap. pervenit. 1. q. 3. & Concilium Trident. sess. 25. de reformat. c. 1. Quare habentem filios, vel nepotes etiam legitimos in Episcopum non esse eligendū, disponitur in auth. quomodo oporteat Episcop. §. 1. Collat. 1. Sed contrarium supponit cap. Episcopus 34. infra. 12. q. 2. de quo videposita d. num. 2. & hoc loco nepotum nomine filij filiorum, non autem fratrum, aut sororum vocantur, l. Iurisconsultus ff. de gradibus cogn. Abb. in cap. 1. de testam. v. 2. Immo maxime deceret, si nec ad parochiales Ecclesias obtinendas, qui filios habent, admittantur; qui filius est argumentum de incontinentia patris cap. priusquam in fine 28. distin. & cap. proposuisti & ibi, Glossa verbo filij. 82. dist. patres enim fronte habere non possunt alios de incontinentia redarguedi c. sicut vers. Habentes 47. dist.

2 An vero Heli propter haec peccata sit a Deo in eternum damnatus? Dubitant interpretes Gregor. lib. 2. cap. 3. & Pastor. p. 2. cap. 6. damnatum esse indicat aeterno supplicio, Augustin. lib. 17. de civitate Dei cap. 4. Eodem modo reprobatum dicit esse Heli, quo Saul, sed de Saulis damnatione.

tione, ut post Lyram, Dionysium, serarium, & alios, latè comprobat Gaspar Sanch. lib. 1. Regum in principio num. 9. & sequentibus, ubi solvit, quæ contra hanc opinionem ab alijs Doctoribus opponuntur. Item Mendoç. a tom. 2. in lib. Reg. cap. 4. n. 18. Annot. 13. sect. 3. ubi de hac re erudit.

In vers. Heli Sacerdos. Licet summus Sacerdos alijs bonus existaret, quia tamen excessus subditorum efficaciter non correxit diuinam vindictam exceptit, dum filius suis in bello peremptis, idem de sella corruiens fractis cervicibus expiravit, ut dicitur in cap. licet 31. de simonia, ubi scribentes, latè Peres lib. 8. ordinamenti tit. 4. lib. 3. pag. 130. in principio, observat tamen Rupertus lib. 4. c. 10. de victoria verbi. Heli inter iudices numeratum non esse, licet quadraginta annis populo preferit, quia indigens visus est homo iners, & inglorius, qui inter præclaros populi duces locū obtineret. Rationem vide litteralem quæ ponitur à Mendoç. a tom. 2. in 1. Reg. cap. 4. num. 18. in exposit. littera §. 14.

In Glossa verbo; strenam. Manus est, quod datur in die festo ominis boni augurio, qualia sunt, quæ passim dantur quotannis circiter Kalendas Ianuarij, ut advertit Glossa in presenti, Glossa 1. in l. laudabile C. de advocatis diversorum iudic. qui nostri textus meminit. Vide Suetonium in Caligulam capit. 42. ibi, Et dixit, & Strenas incunte anno se recepturū stetitq; in vestibulo eisdem Kalendas Ianuarij ad captandas stipes; ubi Beroaldus nonnulla adducit. Lege Raderum in proemio lib. 13. Martialis, ubi aliqua dea Strenia.

CAP. Omnem. VI.

SUMMARIUM.

- 1 Hæretici opiniones suas fundant super sophistica disputatione.
- 2 Dialectica, quid sit?
- 3 Dialectica Sophistica damnatur: vera tamen prodest scientijs comparadi.

IN textu. Quem adducit Palea ex responsione Adriani Pontificis ad Carolum magnum cap. 49. ad probandum, quod hæretici conclusiones suas potius fundant super sophistica verborum disputatione, quam super fidei veritate, cum non ex politica verborum prolatione, aut Dialectica, sed potius insimilitate veritatis donum Dei acquiratur; Unde ait Apostolus Epistola 2. ad Thymoth. cap. 2. nro. 14. Noli verbis contendere, ad nihil enim utilis est nisi ad subversionem audientium; ubi

1 Sotiomaior, multa eleganter adducit, & ad **titum** cap. 3. nū. 9. **Stultus** questiones, & contentiones, & pugnas devita, sunt enim inutiles, & vane, ubi vide cundem Sotiomaior; Sic aliás Seneca epist. 82. prope finem, totum in illud dialecticæ genus extrubandum iudicat, & epist. 49. Dialecticorū libros à limine tolli salitandos, nec in ijs tempus terendum affi. mat, interrogations, & cautiones reprehendens.

2 Ibi, **Dialectica**. Quæ est ars dissere-
di, qua per dissertationem verum à falso discernitur, ut ait **Ciceron** in **Topic.** & de claris oratoribus, ad fin. **Ipsa** est philosophie species, qua dicitur logica, idest rationalis diffi-
niendi, querendi, & differendi p̄biens. Primus **Aristoteles** quasdam huius doctrinæ argumentationes perduxit, & dialecticam nuncupavit, quia in ea dictis disputatur.

3 In textu, ibi, In **Dialectica** dis-
putatione. Intelligi debet non de vera
Dialectica, sed de sophistica,
quæ ad decipiendum potius, quam ad docen-
dum inventa est. Et hanc **Dialecticam** à pri-
cis olim Patribus damnatam ostendit **Christo-
phorus Gilius** lib. 1. trād. 1. cap. 6. Si enim de ve-
ra **Dialectica** sermo sit, quis dubitat illius usū
esse omni scientiæ comparandæ utilissimum,
& nulli perniciosum, ut ex **Origine**, **Nazianzen**,
August Damasceno, **Clemente Alexandr.** **Hieron.** **Cas-
siod.** & alijs probat idem doctor. Vide præte-
rea **Antonium Rubium** in sua **Logica Mexicana**, q. 1.
per totam, **Petrum Furiado Logicas** disp. 2. sect. 4.
§. 23. & disp. 1. sect. 8. §. 53. **Petrus de Onba** q. 2.
preamble, art. 3. nū. 6. ubi plures refert pro hac
sententia. **Petrus Fonseca** tom. 1. **Metaph.** lib. 2. q. 4.
sect. 1. & 2. & 3. ad quem remitto **Philosophia**
studiosos, ne homo Iurisconsultus extra suos
limites diuagetur.

CAP. Legimus. VII.

S V M M A R I V M .

- 1** **Rabanus Maurus**, quis fuerit?
- 2** **Libri profani** non debent legi.
- 3** **Sapientia rerum** secularium requiritur
in **Episcopo**.
- 4** **Deus omnium** scientiarum est caput.

In superscriptione, ibi, Raban.

Fuit **Rabanus Maurus** natione Germanus, Abbas Fuldensis, tempore Ludovici Imperatoris, postea abdicans se à p̄ficiatura monasterij, quietis amore in Holtone monus

refudit, tandem Episcopus Moguntinus crea-
tus est, tempore Lotharij: vir fuit æquè doctus,
ac pius, vertex sui temporis Theologorum
appellatur. Synodus congregavit iustu Lodu-
vici Junioris, cuius tempore obiit anno Domini
856. scripsit multa, & versu, & prosa; vide
late **Bellarmin.** de scriptoribus ecclesiasticis, anno Do-
mini 835. fol. mihi 152. **Baron.** tom. 9. annal. an-
no Christi 838. ad fin. latrūs tom. 10. anno 843.
prope finem, & anno 847. Quo autem epitaphio
eius sepulchrum ornatum fuerit, vide
eundem **Baron.** anno 856. in fine.

In textu. Collige libros profanos non
posse legi, quando ex eorum
lectione, quis provocatur ad lasciviam, sicut
libros Ovidij de arte amandi, & alios similes,
& sic hunc textum, & alios huius distinc-
tis intelligit **Sylv.** in summa, verbo, doctor, q. 8.
in fine.

In §. Hinc etiam, **vers.** **Sed** è
contra. Et sic sapientia secularium scrip-
torum, requiritur etiam in episcopo, ut ex hoc textu notat **Gregor. Lopez** part. I.
tit. 5. l. 37. **Glossa** 3.

In vers. Hinc, & **Ambroſius**.
Est igitur Deus omnium scientiarum caput,
& author; **Greg. Lopez** part. I. in proemio, **Glossa** 1.
Paulus Fusch. de visitatione, cap. 17. num. 8. & 26.
qui uterque nostri textus meminere.

CAP. Turbata. VIII.

S V M M A R I V M .

- 1** Clerici possunt vacare scientijs secula-
ribus, ut sciant discernere verum à
falso.
- 2** **Dictio**, omnimodo, quid importet.
- 3** **Dictio**, alioquin, quam significationem
habeat?
- 4** **Colloquia prava corrūpūt bonos mores.**

In textu. Nota, quod clerici possunt
vacare scientijs secularibus,
ut sciant discernere verum à falso, & ha-
bere additum ad scientiam pietatis. **Gre-
gor. Lopez** part. I. tit. 5. l. 37. **Glossa** 3. quemad-
modum diximus de Episcopo, qui potest stu-
dere legibus, ut melius intelligat Canones in
cap. I. num. 1. supra, bac eadem dist. succedente
vulgari regula, quod utile per inutile non vi-
tiatur, 37. de regulis iuris. in 6. de qua per **Aloy-
fum Riccius** collectan. 139. & 1246. advertit **Glossa**
I. in presenti.

Ibi, Omnimodo. Quæ dictio est præcisa, & importat idem quod, per omnem modum. Iason. in l. Liber homo, nu. 2. de verborum obligat. & in §. Curare, nu. 4. instit. de actionibus. Abb. in cap. Conqueritus, nu. 4. de foro compet. Tiraquel. in l. Si unquam, verbo, reveratur, nu. 37. C. de revocand. donationibus. post alios Cened. singular. 31. nu. 1. Tuschus tom. 2. conclus. 320. nu. 2. Licet ita dictio sit præcisa, nihilominus congruam recipit interpretationem à iure communi. Roland. cons. 61. nu. 55. vol. 2. & cons. 75. nu. 21. vol. 1. multos refert Cened. d. singulari 71. nu. 2. & seqq. ubi varias significaciones videbis.

Ibi, Alioquin. Dictio ista ponitur adversative ad præcedentia, & expomitur, si non fuerint prædicta. l. Si finita, §. Ex hoc Dicto, & ibi Glossa, verbo, alioquin, §. de damno infecto, l. Eleganter, §. Si dolo, l. Lucius, §. Lucius. in secundo, §. legatis secundo, cap. Constitutus, & ibi doctores de testibus, tradit Bass. in l. 7. num. 11. §. de condit. & demonst. latè Tiraq. de retractu lignag. §. 8. Glossa 6. nu. 1. refert plures Cened. singular. 3. num. 1. Dominicus in cap. Ut circa, §. Alioquin, nu. 4. & ibi Franch. col. 1. de elect. lib. 6. ubi dicunt, quod dictio ista est resolutiva dispositionis, in qua profertur, si non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes, quod dicunt esse notandum pro statutis, & privilegijs, ubi hæc dictio poneretur; sanguitur Tiraq. de retractu lignag. §. 8. Glossa 6. nu. 2. Porro de natura, & significatione huius dictiois multa tradunt Cened. d. singular. 3. nu. 2. & seqq. Tuscb. tom. 2. conclus. 2. 2.

In Glossa, verbo, Indidissent, ibi, Bonos mores corrumpunt. Hanc etiam Pauli sententiam refert Glossa, verbo, colloquia, in Clement. 1. de celebrat. missarum, textus in cap. Sape, 28. quest. 1. Ex quo inquiunt Bart. in l. Si plures, §. Quanvis, & §. Si parens, §. de ad ministrat. ius. & Abb. in cap. Ad hac. nu. 1. de Indiais. quod conversatio mala facit quem suscepitum præsumi, de quo latè Azeved. lib. 8. tit. 2. l. 2. num. 32. & seqq. nove recopilat. qui nostra Glossæ mentionem faciunt.

C A P. Legimus. IX.

S V M M A R I V M.

1 Legens libros hereticorum, qualiter puniatur. & nu. 2.

2 Libri hereticorum, multa afferunt in commoda.

In textū. Collige ex textu, non debet hæreticum reputari, qui habet libros prohibitos, ut illos confutet, vel curiositatis gratia, ne scilicet ignorat, quæ ab hereticis traduntur, ut scilicet ea evitare, ut post alios tradit Tiberius Decianus tradit. crimin. lib. 5. cap. 46. num. 27. & 29. qui nostri textus meminit. Masicard. de probationib. conclus. 862. refert plures Cened. 2. p. collectan. S. num. 2. Hodie vero retinens, aut legens libros hereticorum continentes hæresim ex professo, presumitur hereticus, & potest de hæresi condennari, & incidit in excommunicationem Bullæ Cænæ, vide Constitutionem Pij 4. editam die 24. Marij, anno 1564. quæ est impressa ante indicem librorum prohibitorum, de qua Navarr. cons. 1. de confessi. nu. 74. editore prima, quem videbis cons. 6. de hereticis. Vnde iam sublatæ sunt omnes iuris communis difficultates, advertit idem Decianus. ubi proximè, nu. 30. Lege latè Suar. de fide, disp. 20. sedl. 2. per totam. Sanib. in Decal. lib. 2. cap. 10. à nu. 20.

At olim de iure civili retinens libros hereticorum puniebatur perpetua deportatione, ut est textus in l. Quicunq. C. de hereticis; legens vero alios libros, qui non tractent de religione ex professo, nec ex instituto, contineant hæresim, licet aliquas heresies admixtas habeant, non est excommunicatus Bullæ Cænæ, sed tantum incidit in excommunicationem indicis librorum prohibitorum, & potest absolviri à quocunq. habente potestatem. Si vero fuerint libri Chiromantia, Hydromantia, & Astronomia Xistus quintus flatuit, ut contra legentes, & retinentes inquisitor pravitatis hæreticæ possit procedere. Adde posita ad esp. 1. num. 4. supra, dist. 16.

Gravia namq. incommoda ex lectione hereticorum, & profanorum librorum oriuntur, ut tradit Castro lib. 2. de iusta hereticorum puni. cap. 15. & lib. 3. cap. 8. Medices in summa omnium heresum, p. 1. q. 5. vers. Quinta causa, refert alios Cened. d. collect. 8. nu. 3. Quare etiam gentiles, ut christianam legem abolerent, iubebant, ut libri omnes legem christianam continentes cōburerentur; quod fecit impius Diocletianus anno decimo nono, mense Dystro (qui à Romanis Martius nominabatur) edictum proponebat, ut non solum templo Christianorū funditos everterentur, sed ut scripturæ sacræ igni absumerentur, tradit Eusebius in historia ecclesiast. lib. 8. cap. 3. refert alia exempla Tiberius Decianus lib. 5. d. cap. 46. nu. 3. & seqq. Neque solum gentiles, sed etiam heretici in sua perfidia obfuscatissimi, sic catholicorum libros aversantur, ut illos flatimis voracibus iubent destituti. Quod haec nostra atate contigisse fertur apud Britannos, cum liber ille sapientissimi Suarij, quem pro fidei defensione multo cum sudore

fudore inscripsit, iussu Iacobi, magnæ Britanniæ Regis, publico in foro, & frequentissimo hæreticorum conventu Londini concrematur. Ut refertur in vita ipsius Suarij, quæ habetur in prima parte, de gratia. Quod intestinum hæreticorum odium aperte teatatus est idem Iacobus, dum in suo libro (qui inscribitur *Declaratio pro iure regio adversus Cardinalis Perronis orationem*) gravissimis contumelijs afficit eundem Suarium. Sed de intemperata huius Regis licentia, vel petulantia alibi dicemus.

CAP. Si quis artem. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Illiteratus est, qui ignorat grammaticam. & nu. 5.
- 2 Geometria, quomodo diffiniatur?
- 3 Diffinitio Arithmeticæ.
- 4 Scientia musicæ, an sit necessaria in Episcopo?

IN textu, ibi, Grammaticam. Grammatica dicitur scientia scribendi, & cognoscendi origo, & fundamentum liberalium litterarum. Quam definitionem affert Isidorus lib. 1. Ethymolog. cap. 2. & 3. hæc indisciplinis post litteras communes inventa est, ut qui litteras dedicerūt per eam recte loquendi rationem sciant, atq; a litteris nomen accepit, Grāmata namq; Græci litteras vocant; vel dicitur *ars cognoscendi linguam latinam*, ut tenet l. 37. tit. 3. part. 1. & illiteratus est, qui eam non intelligit, ita ut, nec ad minores ordines possit promoveri. Menorib. de arbitrar. casu 425. nu. 57. & 58. Salzed. in pract. cap. 21. ex Trident. sess. 23. cap. 11. de reformat. vide citatos per Cened. 2. p. collect. 56. nu. 5. Torre blanca Villalpando, in epithom. delictorū, lib. 1. cap. 7. nu. 6.

Ibi, Geometria. Notat Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 37. *Glossa* 6. & ibidem de alijs scientijs, quas textus refert, meminit latius part. 7. tit. 23. l. 1. *Glossa* 4. Fuit enim Geometria, secundum Isidorum, disciplina primum ab Ægyptijs reperita; quia inundante Nilo, & omnium possessionibus limo obductis, initium terræ dividendæ per lineas, & mensuras, nomen arti dedit; que inde longius acumine sapientium producta, & maris, & cœli, & aeris spatia metitur.

Ibi, Arithmeticæ. Quæ ex Isidoro lib. 3. Ethymologiarum est disciplina numerorum. Græci namq; numerum à rythmom dicunt: hanc apud Græcos primum

conspexisse Pithagoram autumant, & postmodum à Nicomacho diffusius esse dispositam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius transtulerunt.

Ibi, Musica. Huiusmodi scientia non 4 est multū necessaria in Episcopo, ut docet textus, nisi respectu cantus Ecclesiæ, & benè stabit Episcopo, si ad hoc musicam sciat, ut notat *Gregor. Lopez* part. 1. tit. 5. l. 37. *Glossa* 5. Musicæ partes sunt tres, Armonica, quæ discernit in sonis acutum, & gravem. Rithmica, quæ requirit incursionem verborum. Vtrum benè sonus, aut malè cohereat. Metrica, quæ mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut ex Isidoro, tradit *Vincentius in speculo doctrinali*, lib. 16. cap. 31. De vi musicæ videndi tibi sunt *Alexand. ab Alexand.* lib. 2. cap. 25. *Quintilian.* lib. 1. cap. 27. *Marsilius Ficin.* lib. 3. *philosophia Platonis.* *Plutarch.* in moralib. *Lucian.* de *gymnasijs*, tom. 1. *Tullius* lib. 3. de orat.

Ibi, Potest proficere. Igitur per 5 Grammaticam sacræ scripturæ intelliguntur, ut ex nostro textu dedit, & prosequitur *Paulus Fusch. de visitatione*, lib. 1. cap. 16. nu. 14. & cap. 17. nu. 12. Vnde magistri deputandi sunt in seminarijs pro pueris educandis, vide *Clementinam I. de Magistris.*

CAP. Qui de mensa. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Vir honestus non presumitur male facere.
- 2 Mathematicæ diffinitio.
- 3 Testis quomodo debeat deponere?
- 4 Argumentū à simili, quomodo procedat?

IN principio textus. Collige, non præsumi virum honestum, & providum, aliquid perperam, aut fecisse, aut facturum esse, & si etiam id liquido appareat, vix tamen credendum est; notat ex nostro textu *Tiraq. de penit. temperandis*, causa 51. nu. 54. ubi alia iura adducit, iuvat textus in cap. *Sacro*, §. *Cumq; de sentent. excommunicationis*, ibi, *Maxime si laudabilis opinionis existat.*

Ibi, Mathematicos. Mathematicæ 2 subiectum est quantitas continua, & discreta, & est magnitudo, & multitudo; magnitudo, alia est immobilitis, ut sphæra terræ, alia mobilis, ut sphæra firmamenti; multitudo discreta per se inest Arithme-

Arithmetica; multitudo ad aliud materia est Musica; magnitudo immobilis, materia est Geometria. Magnitudo autem mobilis est de Astronomia. Porro de excellentia, & utilitate Mathematicae, & eius speciebus vide Vincentium in speculo doctrinali, lib. 16. cap. 2. & 3. Neque illud omittas pro scientia astronomica observandam, quod in maximam cedit laudem Lusitanorum. Nam teste Masseo lib. 1. nostri Lusitani maris Indici exploratores, fuere primi inventores astrolabij. Vnde Fr. Seraphinus de Freitas, vir summae eruditionis, & religionis, in suo lib. de iusto Imper. Asiat. cap. 8. nn. 6. Lusitania, inquit, tota Europa debet astrolabium instrumentum, ad explorandam locorum latitudinem. & Titus Livius Lusitanus. Joannes de Barros Decad. 1. lib. 4. cap. 3. post med.

3 Ibi, Si ignoret. Ponderat Alex. in l. 1. nn. 15. post medium, ff. si certum petatur, & per hæc verba docet, quod si testis interrogaretur super mutuo, & dicere se nescire, quid sit mutuum, non potest dici, quod intelligit id super quo deponit, unde nihil probaret; & Additio littera E. disputat quādō testis dicit vidisse numerare pecuniam; nec de causa dicit, an probet mutuum? Latius Purpuratus in d. l. 1. nn. 71. cum seqq.

4 In Glossa, verbo, Scirent, ibi, Ut iura deficiunt. Immo nec etiam tunc data una dissimilitudine prosternitur, ut ait Menoch. conf. 180. nn. 51. tom. 1. quia istud argumentum à simili est omnium levissimum, ut tenet idem Menoch. conf. 37. num. 177. & an, & quando procedat? Vide Nicolaum Everard. in Topic. iuris loco 10. à simili, fol. mihi 135.

CAP. De quibusdam. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Magistri per Episcopum, qualiter constituantur?
- 2 Privilegijs Doctorum, an gaudeant etiā non legentes?
- 3 Scholastici non studentes, non gaudent privilegijs.
- 4 Artium liberalium utilitas ad scripturas intelligendas.
- 5 Abbas nostram Glossam approbat.

IN textu. Collige ex textu, Magistros, & Doctores debere ab Episcopo congruis locis constitui, de quo Sylvest. verbo, doct. in q. 9. Greger. Lopez part. 1. nn. 6.

l. 7. Glossa 2. iuxta medium. Navarr. in Manual. cap. 21. nn. 107. Medices in summa peccatorum, p. 2. cap. 2. q. 74. Reginald. in praxi panit. lib. 10. cap. 13. hodie tamen adest Concilij Tridentini decisio. sess. 5. cap. 1. de reformat.

Ibi, Assidue doceant. Ex hoc ext. tu videtur colligi idem, quod innuit Bart. in l. Medicos, nn. 1. C. professoribus, lib. 10. scilicet privilegia doctoribus concessa, non habere locum, nisi in doctoribus actu legentibus; sed videtur, quod communis sit in contrarium; quod omnino procedant in omnibus, etiam non legentibus. Ita Guido Papa decis. 388. nn. 5. & movetur quatuor fundamentis Aretinus consil. 95. Respondeo breviter.

Sic alias scholastici non studentes, & qui scholas non frequentant, non gaudent privilegijs scholasticorum, & absentes causa studij fructus suorum beneficiorum non percipiunt, ut firmat Tiraquel. in tract. cessante causa, part. 1. nn. 213. Mascard. de probationib. conclus. 1290. nn. 9. & seqq. Emmanuel Rodriguez quæst. regul. tom. 1. q. 9. art. 10.

Ibi, Liberalium artium.

Ad pleniorem & uberiorem sacræ scripturæ intelligentiam, non parum conductit liberalium artium splendor, imò ab illis sacrarum scripturarum interpretatio vires, & incrementum capit. Quavis enim artes liberales per se fidem non gigant, ad illam tamen firmius percipiendam disponunt. Quod latè probat Salmeron tom. 1. prolog. 17. & Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, à cap. 11. usq; ad 26. ubi aperte docet Salomonem fuisse loquendi, & scribendi inventorem; nec non Eloquentia, Poesi, Dialectica, Musica, Historia, Astronomia, Geometria, Arithmetica, Cosmographia, Medicina, Physiologia, Theologia, omnibus denique artibus præstantissimum; adeo ut omnium disciplinatum, & artium compendium dici potuisset.

In Glossa, verbo, Ut magistri, in principio. Appellat bonam Abb. in cap. Quia nonnullis, nn. 13. de magistris, ubi latè docet, quando doctores, seu magistri possunt petere salarium, sive à pauperibus, sive à divitibus, sive ut de publico fallarentur. Adde Alciat. lib. 9. parergon. cap. 9. latè Titaq. de nobilitat. cap. 29. nn. 42.

CAP. Si quid veri. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Sibyllæ fuerunt decem.
- 2 Nonnulla de Orpho Pocta.

Infidei

3. Infideles, si quid bonum de Deo dixerunt, suis dictis convincuntur.

4. Iudei sunt infidelibus deteriores.

Ibi, Sibylla. De Sibyllis videndi sunt. D. Augustin. lib. 18. de civitate Dei, cap. 23. ubi Leonardus Coqueau in additionibus, multa adducit. Diodorus Siculus lib. 5. rerum antiquarum, cap. 6. ad finem. Lactantius lib. 1. divinatum institution. cap. 6. latè Isidorus lib. 8. ethymologiarum, cap. 8. Sibylle; lingua grecæ dicuntur generaliter omnes fœminæ vates; quod nomen ex officio, non ex proprietate est vocabuli. Decem autem Sibylle à Doctribus fuisse traduntur. Prima Persica, secunda Lybica, tertia Delphica, quarta Cymeria, quinta Erythrea, sexta Samia, septima Cumana, octava Helespontica, nona Phrigia, decima Tiburtina, vide latissimè Vincentium in speculo historiali, lib. 2. cap. 100. & seqq. Quas fatidico plena spiritu, constat multa labentibus annis futura prædictisse; nec non servatoris Christi nativitatem, & mortem divinasse. Imò Fr. Seraphinus de Freitas cap. 8. nu. 6. ex Boëcio de signis Eccl. lib. 20. cap. 6. refert, nostrorum in Indiam navigationem Sybillas vaticinatas fuisse, ut idem probat Seraphinus, ex Virgilio, & Seneca.

Ibi, Orpheus. Poeta Thracius ex civitate Libethris sita sub Pieria, Apollinis, & Calliopes filius, discipulum habuit Linum, qua tempestate apud Hebrewos iudices rerum summam gerebant. Poete quidem Orpheum à Ciconum mulieribus dilaniatum fuisse fabulantur; quo sit, ut nunc usq; Thraces, suas pulsent uxores, ut Orpheū ulciscantur; consule latissimè Lylum Gyraldum in historia Poetarum, dialogo 2.

Ibi, Valet quidem. Collige ex textu, quod sapientes, & Philosophi gentiles, si quid benè de Deo dixerunt, suis dictis convincuntur; non tamen habent tantam autoritatem, sicut si essent dicti à sacra, vel canonica Scriptura, ita Archidictionis, h̄c nu. 1. Amplia primam partem conclusionis etiam si mala de Deo dixissent, quia sunt dicti sine fundamento, & sunt evidenter falsissima.

Quod patet in Iudges, qui sunt omnibus infidelibus deteriores; textus in cap. Nonne, 37. l. q. 1. Alex. conf. 130. Menoch. de arbitrar. casu 290. nu. 22. habent in libris Talmudicis innumeratas blasphemias, & impietas adversus Christū Deū nostrum, divinæ maiestatis celsitudinem, & sanctos veteris testamenti, & legem Moysis, & adversus charitatem, & humanitatem adeo falsas, & execrabilis, ut animus horreat, manusq; refugiat eas scribere, vidēdas omnino in Bibliotheca Xisti Senensis lib. 2. à pag. 237. usq; ad 241.

CAP. Relatum. XIV.

S Y M M A R I V M.

1. Traditiones debent observari.

2. Dictio, prout, quid significet?

3. Utrum per simile liceat argumentari?

4. Testificari, an quis possit devisis in pueritia?

I Bi, Secundum traditionem.

Igitur secundum traditionem, & non iuxta sensum suum tenetur magister docere, & iudex iudicare, de quo vide Riccius collectanea decis. p. 4. collect. 794. & 802. Menoch. conf. 100. nu. 74. & conf. 187. nu. 55. & 380. nu. 21. idem lib. 2. de presumptionibus, q. 71. nu. 2. Mascard. de probat. conclus. 1041. Guierr. pract. lib. 30. q. 13. nu. 34. Surd. de alimento. tit. 9. q. 44. nu. 60. optime Glosa 1. col. 4. in principio, in l. 4. tit. 6. lib. 1. fori legum, Prepositus in cap. Noli, num. 3. supra, dist. 9.

Ibi, Prout. Quæ dictio importat similitudinem, & etiam identitatem, Angelus conf. 11. num. 4. vers. Nec obstat, ubi loquitur in legato facto ducentorum scutorum, prout primo legaverat alius, ut identitatem contineat, & similitudinem. Roman. conf. 460. illa verba, nu. 4.

Plures etiam habet significationes; quandoq; importat relationem, quandoq; causam, quandoq; modum, & qualitatem, quandoq; limitationem. Bart. in Extravaganti ad reprimendam, vers. Prout. Berous conf. 110. num. 59. & 60. lib. 2. latissimè Tuscb. praticarum conclusionum, tom. 2. conclus. 347. nu. 2. & seqq. usq; ad nu. 71. ubi nu. 3. credit multum referri, an dicatur, prout, vel dicatur, & prout.

In textu, ibi, Verisimilitudines.

Per hoc verbum controvertit Glosa 2. in presenti. Utrum per similitudines possit quis procedere, & per similia licitum sit argumentari? Glosa similis, verbo, quod de uno, in cap. Translatio, de constitutionibus, Glosa ultima, in cap. Intercessas, de rescript. Mantua lib. 1. dialogo 6. Hippolit. in rubrica, nu. 189. ff. de fide iusor. latissime Eversard. Topic. loco 10.

In Glosa ult. Docet Glosa, posse aliquem testificari de eo, quod vidit in puerili aetate, Glosa similis, verbo, impuberis, in l. 3. vers. Lege Iulia, ff. de testib. & in §. Testes, inst. de testament. ubi Aretinus nu. 25. Decius in l. Fama, §. Item impuberis, ff. de regulis iniis, citant multa Felin. & communis, in cap. Cum nobis, 14. de præscript. Clarus in practica, §. ult. q. 24. num. 27. latissimè Covar. in regula possessori. 2. p. §. 3. nu. 8. qui multa tradit. Vnde non est

verum

verum, quod dicit *Glossa*, verbo, *tentum*, vers. Sed qualiter, in d. cap. Cum vobis, dum supponit, non posse testes deponere de ijs, quæ ante pubertatem viderunt, & apprehenderunt; si quidem constat post pubertatem posse quem deponere de ijs, quæ ante illam doli capax, idest circa annum decimum cum dimidio, vidit, & apprehendit.

CAP. Ideo prohibetur. XV.

S V M M A R I V M.

Poetarum figmenta incitant mentes ad vitia.

- 2 Ignorantia affectata, quæ dicatur?
- 3 Parum refert, aut quid fiat, aut eius simile.

IN textu. Collige ex textu prohiberi christianis legere figmenta Poetarum, quia per oblectamenta fabularum mentem excitant ad libidinem. Item quia eloquentia ipsa si semel hominis mentem occupaverit, adeo sui amantem reddere solet, ut facile ceteros despiciat, unde nonnulli sunt, qui sacrarum litterarum sermonem, & dicendi simplicitatem tam horreant, quam eloquentes illi homines, qui nihil audire possunt, quod Ciceronem non sapiat, ut ex D. Augustin. & D. Hieronym. tradit Montoja de concordia sacrarum editionum, lib. 1. controversial. 16. in principio, qui nostrum textum refert. Non tamen eloquentiae ars à sacris scripturis est aliena; cù omnis eloquentiae splendor inveniatur in sacris litteris, tradit late Montoja, ubi proxime, & controversial. 18. vers. Primo. Quare in defectu iuriū, authoritas Poetarum valet allegari, ut est textus in l. In tantum, 6. §. final. ubi *Glossa*, verbo, Virgilius, ff. rerum divisione, diximus supra, in proemio. nu. 25.

- 2 In §. Vt itaq; in fine, ibi, Noluit intelligere. Agit textus de ignorantia affectata, quæ etiam ignorantia appellatur malitia, quam habet is, qui cum possit, & debeat, noluit scire, ut liberius peccaret, iuxta illud Psalm. 35. nu. 4. Noluit intelligere, ut bene ageret. De qua ignorantia agit textus ubi *Glossa* in cap. Eos, de temporibus ordinat. lib. 6. & hæc ignorantia non solum culpam continet, sed etiam graviorem, quam scientia simplex, ex quo auget voluntarium, & adhibetur eo praetextu, ut sine remorsu conscientiae delictum sit, tradit *Glossa*, verbo, scienter, in cap. ult. de officio delegat. lib. 6. & ex Clement. I.

de consanguinitate, *Covar.* in cap. Alma, 1. p. 3. 10, nu. 17, *Castro* lib. 2. de lege pœnali, cap. 14. fol. 305. *Simanch.* de cathol. instit. cap. 26. à num. 3. plures relati à *Tiraq.* de pœnis, cap. 13. nu. 22. & de retract. tit. 1. §. 35. *Glossa* 4. nu. 28. latè *Sanch.* lib. 1. De catalog. cap. 16. per totum, & cap. 17. per totum. *Lectio de peccatis*, à disp. 29. usq; ad 43. Adde posita ad cap. Qui partem, nu. 6. dist. 55.

In Glossa, verbo, Thura;

Docet *Glossa*, parum referri, aut quid fiat, aut fiat eius simile, conducunt, quæ tradit *Bart.* in l. Abemptione, nu. 13. ff. de pactis. *Azeved.* lib. 5. nova recopilat. iis. 4. l. 5. nu. 11.

CAP. Non omnis. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Christianus, quæ teneatur scire ad salutem.
- 2 Huiusmodi, dictio, quid significet?

IN textu, ibi, à pœna. Collige ex textu, quod ignorantia iuris divini, & naturalis neminem excusat, & ita quilibet christianus saltem implicite tenetur scire. *Credo*, vel articulos fidei, precepta Decalogi, Pater noster, Ave Maria, & ea, quæ ad singulorum statum, vel officium pertinent, pro quo, & quæ teneatur scire, vide textum in cap. Vos ante omnia, 103. de consecratione, dist. 4. *Sylv.* in summa, verbo, fides, nu. 6. & verbo, ignorantia, q. 1. & verbo, scientia, vers. Secundū. *Almillā*, verbo, credere, nu. 2. *Caietan.* in summa, verbo, ignorantia. *Navarr.* in Manual. cap. 11. num. 18. vers. Quinto. & de oratione, cap. 20. *Simanch.* de cathol. instit. cap. 28. à num. 8. *Menoch.* conf. 82. nu. 10. & 53. & *Palatius* in rubr. in allegatione de heresi, §. 4. ad medium, & l. 27. tit. 4. part. 1. & ibi *Gregor.* & l. 1. tit. 1. Ordinationi, ubi *Perez.* *Sanch.* tom. 1. Decal. lib. 2. cap. 2. & 3. *Suar.* de fide, disp. 13. sect. 3. & 4.

Ibi, Huiusmodi. Quæ dictio res tringit dispositionem ad id, ad quod adjicetur, & repetit precedentia omnia, cap. Nemo deinceps, 15. ubi *Glossa*, verbo, huiusmodi, de electione, lib. 6. cap. 2. Ut hinc pendente, eodem lib. & ibi *Glossa*, verbo, huiusmodi, *Felin.* in cap. Apostolica. nu. 3. in fine, de exceptionibus; similitudinem quoq; importat l. De dignis de pignoribus, cap. ult. de foro compet. lib. 6.

DIS:

DISTINCTIO. XXXVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Ignorantia iuris naturalis non excusat.
- 2 Ignorantia iuris civilis an excusat?
- 3 Quid in rusticis, militibus, & mulieribus?
- 4 Introducta ad rigorem iuris, debent observari.
- 5 Ignorantia facti, quando excusat?
- 6 Intellectus cap. 1. de constitut. lib. 6.
- 7 Ignorantia crassa, supina, & affectata, quae dicantur?

IN principio distinctionis, in Glossa, verbo, Cum itaq; ibi, Iuris naturalis. Ergo non est parendum his, qui contra ius naturale peccaverunt, l. 2. & ibi Glossa, verbo, naturali ratione, C. de in ius vocando, Glossa in l. Respiciendum, §. Delinquent, & ibi Bart. ff. de pœnis, Glossa in cap. Turbatur, §, Notandum, per textum ibi, l. q. 4. Abb. in cap. Super litteris, num. 6. ad finem, de rescript. latè Tiraquel. de retract. conventionali, Glossa 7. §. 4. nu. 19. qui uterque noitæ Glossæ meminere, repetit idem Tiraq. de pœnis temperandis, causa II. nu. 7. Ratio vero ob quam peccantibus in ius naturale nulla debetur criminis indulgentia, est quia, ius naturale continet regulas, & principia bene operandi, quæ habent necessariam, & immutabilem veritatem, cui intellectus non potest dissentiri. Ita ex Suar. Salas, & Soto, observavit Fr. Seraphinus de Freitas cap. 1. nu. 22.

Ibi, Ignorantia iuris. Quæ neminem excusat, vide textum in l. Liberorum, §. 1. ff. de ijs, qui notantur infamia, & in l. Regula, in principio, ff. de iuris, & facti ignorantia. ubi Glossa magna; tradunt ultra ordinarios latè Igneus in l. 3. §. Si conditioni, à principio, ff. ad Sylaneanū. Filin. in cap. Quoniam, à nu. 7. de simonia. Paris. conf. 608. à nu. 302. lib. 4. Afflict. lib. constituit. rubric. 10. Vallasc. de iure emphyt. q. 38. nu. 15. docet D. Thom. quodlibet. 1. art. 19. Et ratio est, quoniam ignorantia iuris, ut plurimum est improbabilis, cum versetur circa ea, quæ quis scire debet, & potest. Vnde meritò non excusat. Quod ampliabis etiam procedere, non solum in ignorantia iuris communis, sed etiam in ignorantia iuris municipalis, seu statutariorum ex Bald, in l. Leges sacrasissime, C. de legibus. Padilla in l. Constitutiones, n. 9. C. de iuris, & facti ignorantia. Alexand. consil. 166.

num. 3. lib. 6. sive etiam iuris consuetudinarij, cuius non est probabilis ignorantia.

In Glossa ad med. ibi, Milites.

Dicit Glossa, quod ignorantia iuris excusat milites, rusticos, minores, & mulieres; idem tenet Glossa, verbo, omnis ignorantia. cap. Turbatur, 14. q. 4. & Annan. in cap. Quoniam, nu. 5. de simonia, & Aloysius Riccius collectan. 953. veri. Limata, 2. tradunt Doctores per textum in l. Regula, ff. de iuris, & facti ignorantia. Fallit tamen, quando aliquid faciunt clam, quia tunc non excusat, ut est Glossa in l. 1. verbo, non oportet, C. de interdicto matrim. reputata singularis secundum Roman. singul. 714. & conf. 506. & inde Ias. in §. Ex maleficijs, nu. 20. Inst. de actionibus, & in l. Siquis, nu. 32. ff. de iurisdict. omnium iudicium.

Ibi, Ad rigorem conservandū.

Quia in ijs, quæ introducta sunt ad rigorem iuris conservandum, nullis personis parcitur, ut ex nostra Glossa docet Tiraq. de retract. conventionali, §. 4. Glossa 7. nu. 16. Glossa in l. Iuris, 7. vers. Item in secunda, ff. de iuris, & facti ignorantia. Bart. in l. 1. §. Nunciato, ff. de novi operis nunciati. & conf. 154. Maritus fecit heredem uxorem, col. 2. vers. Ad secundum autem, ipse Tiraq. de pœnis temperanda causa II. num. 18. qui plurimos refert; sequitur Menoch. remedio 9. recuperande, num. 30. Membrac. de success. creation. §. 19. nu. 8. qui ambo Glossam reminiscuntur.

Ibi, Ignorantia facti. Facti ignor-

rantia censetur probabilis, & simplex, & ita presumitur, quia multa propter incertitudinem, & varietatem plerique etiam exhibita diligentia sciri nequeunt, l. 2. ff. de iuris, & facti ignorantia, importat enim ignorantia facti, ignorantiam alicuius actus in se, qui nihil habet commune cum decisione legis. Vnde solvit illa controversia, qua queritur, Quid sit fasum, & quid sit ius? Ut ita dignoscantur ea circa quæ utrumque versatur, ut per Bald. in principio, num. 23. de pace Constantiae. Alciat. 1. paradox. cap. ultim. Tu dic iuxta supradicta; factum, prout opponitur iuri, esse illud, in quo consistit actus ex se, prout est ex parte agentis: ius vero, prout opponitur facto, esse id quod consistit in decisione, & auctoritate legum, ut patet in l. 1. ubi vide exempla, ff. de iuris, & facti ignorantia.

Nec obstat textus in cap. 1. de constitutionibus, lib. 6. ubi statuta, & consuetudines particulares dicuntur facti; & tamen in illis consistit decisio, & auctoritas legis §. 1. ubi Glossa, verbo, ius, & §. Ex non scripto, inst. de iure naturali, nec satisfaciunt varijs intellectus, de quibus p. Dominicanum, & Geminian. in dict. cap. 1. Quare faciliter solves, dicendo statuta, & consuetudines illuc dici quid facti, non prout factū opponitur

iuri simpliciter, sed quia ius contentum in statutis, vel consuetudinibus incertum, & varabile est. l. 2. §. Exactis, in l. ff. de origine iuris, & consequenter minus notum, & non scriptum, dicit. §. Ex non scripto, cum tamen ius commune certum, notum, & finitum sit. Vnde merito, sicut ea quae facti sunt, incerta, & minus nota dicuntur; ita statuta, & consuetudines illæ in hoc sensu (quantumcumque ius constituant) dicuntur esse facti, hoc est non certæ, & minus notæ respectu Pontificis maximi, ita ut probabiliter ab eo possint ignorari, ad differentiam iuris communis, in quo propter ipsius certitudinem ignorantia illa non admittitur, ut habet textus.

Ibi, Alia est crassa, & supina.

Ignorantia crassa, quæ à nostris supina, à Theologis vincibilis, & aliquando dissoluta appellatur, est illa, quæ ex negligentia provenit, ex eo, quod quis ignorat illud quod debuit, & per mediocrem diligentiam scire potuit; de qua ignorantia agit *textus in l. Nec supina, ff. de iuris, & facili ignorantia*. illi enim, qui supini sunt, & iacent otiosé, negligenter, & sine cura operari videntur, ideo à re ipsa sumpto vocabulo, otiosi, negligentes, & supini appellantur, ac proinde eadem ratione, supina dicitur illa ignorantia, quæ ex otio, & negligentia procedit. Diximus, debuit, quia non aliter ignorantia crassa, vel supina inducitur, quam ubi versatur, illud quod quis scire debuit, vel ad eum spectat, ut quia actus, qui gerendus est, absque scientia illorum expedire non potest, ut in specie l. Qui cum alio, 20. ff. de regulis iuris, textus ubi exempla referuntur in cap. Turbatur, §. Notandum, l. quest. 4. Diximus per mediocrem diligentiam, quia ex illa omissa, vel adhibita tantummodo causanda, vel excusanda est ignorantia, nec enim ad summam curiositatem, vel ad summam desidiam attendi debet, l. 3. l. Nec l. Regula, vers. Sed iuris, ff. de iuris, & facili ignorantia. *Glossa 2. in dict. §. Notandum, elegantè Castro de lege pœnali*, lib. 2. cap. 14. fol. 286. & 294. Porro de ignorantia affectata, vide posita ad cap. penult. num. 2. supra, dist. 38. & ad cap. Qui partem, num. 6. distinct. 55.

C A P. Ignorantia. I.

S U M M A R I V M.

- 1 Ignorantia est mater errorum.
- 2 Episcopi, & sacerdotes debent scire sagras scripturas, & Canones.

3 Dicitio, quam, quales habeat significations?

IN textu, ibi, Ignorantia mater est cunctorum errorum.

Idem dicitur in cap. Nisi cum pridem, §. Pro defectu, de renuntiatione, & Lambertum. lib. 2. de iure patronat. l. part. quest. 9. art. 24. num. 4. Propriè vero ignorare, est, quod sciri debet. Sicut ignarus, sapiens, & ignarus, insipiens appellatur; sic, & ignorantia dicitur insipientia, quando aliquis nescit ea, quæ scire tenetur. At de differentia ignorantiae, & erroris, vide Vincentium in speculo doctrinali, lib. 8. cap. 35. Quare accipiens dignitatem, beneficium, vel officium, non habens scientiam sufficientem peccat, cap. Omnes, dist. 1. & cap. Si quis. Abbas 18. quest. 2. latè Nayarr. in cap. Si quando, except. 16. num. 5. de rescript. ubi ad longum de ignorantia litterarum.

Ibi, Sacerdotibus. Collige omnibus sacerdotibus, & episcopis decens, & necessarium esse scire sanctas Scripturas, & Canones; cum omnino opus eorum imitatione, & doctrina consistat, & discentes cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina, ut ex D. Bernard. lib. 1. de considerat. ad Eugenium, tradit Montoya de cordia sacrarum editionum, controversial 14. post principium. Vnde elaborandum est sacerdotibus, ut ignorantiam à se, quasi quandam pestem abijcant. *Mandosius in regula 20. de idiomate*. in principio, num. 3. & 12. qui nostri textus meminit. Adde posita ad princip. distinctionis, 43. nu. 3. & seqq.

Ibi, Quam. Quæ dicitio est coniunctio electiva, l. Pro herede, & ibi *Glossa*, verbo, quam animi, ff. acquirenda hereditate. *Mandosius in Glossa Facult.* §. Ac tam, in verbo, quam, fol. 296. ubi dicit etiam, quod est coniunctio discretiva. Ut dives malo esse, quam pauper. *textus in l. Seia, §. final.* & ibi *Glossa de donatione causa mortis*, l. 2. §. Iuris civilis, ibi. Valeat prius, quam docere, ff. de origine iuris. Item est adverbium comparandi, ut Sapientia 6. Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens, quam fortis. h. in principio, ff. de officio praefecti vigilum. Item ponitur admirativè, ut Canticorum, cap. 4. *Quam pulchra es amica mea.* advertit Mandosius, supra citato loco, optimè Cened, singulari 87. ubi n. 4. ait pro, postquam, & pro, nisi, etiam accipi.

CAP. Quando. II.

S V M M A R I V M.

1. Dueñas nostri textus meminit.
2. Clerici tenentur ire ad Cathedralem in festo rogationum.
3. Quod procedit in monachis, & confraternitatibus.
4. Litaniarum origo, & qualiter in eis procedatur?

IN textu. Vide latè Dueñas regula 126. ad finem.

Ibi, Litanias. Collige ex textu, quod clerici omnes tenentur accedere ad Cathedralem Ecclesiam in festo rogationum. Nam conclusionem amplia primò in omnibus clericis totius dioecesis, quantumvis sint remoti; quia cum haec litaniae æquiparentur Concilio, & patet quod omnes tenentur venire ad Concilium, cap. Propter, & cap. sequent. distinct. 18. tenentur etiam venire ad litanias. Amplia secundò, etiam si clerici sint exempti, ex Trident. ses. 25. de regularibus, cap. 13. §. Exempti. Gratian. in decisione March. 232. & Zerola in practica episcopali. 1. part. verbo, processiones, §. 2. Amplia tertiod, in habentibus officium in Ecclesijs, licet non sint beneficiati, ut ait Bald. part. 2. decisione 339.

Amplia quartò, in monachis, ut declaravit congregatio Cardinalium in Concil. Trident. d. cap. 13. de regularibus, in verbo, processiones, & tenent Stephan. Gratian. in decisione March. 232. nu. 15. & Maceraten. decisione 35. dub. 2. licet Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 33. nu. 23. & Henr. in summa, lib. 7. de indulgentijs, cap. 25. sub. §. 7. dicant episcopum non posse compellere censuris regulares ad hoc, sed alijs poenis, de quo etiam Abb. in cap. Nimis, nu. 3. de excessibus prælat. Felin. in cap. Dilectus, nu. 7. de officio ordin. Amplia quinto, procedere etiam in confraternitatibus laicorum, ut ait decisus Papia Maceraten. decisione 66. quia dictæ confraternitates, quoad spiritualia subsunt episcopo, ut resolvit Sayr. decis. 5. de officio ordin. licet contrarium ex congregatione teneat Stephanus Quaranta in summa Bullarij, verbo, præcedentia, ad finem, vers. Circa confraternitates.

At de origine litaniarum, vide Durandum in rationali divinor. lib. 6. cap. 102. Lappum allegat. 90. & Covar. variar. 4. cap. 20. nu. 16. Alciat. lib. 6. parergon. cap. 11. refert alios Cened. part. 1. collectan. 45: nu. 1. & qualiter in eis præcedi debeat ultra Casan. in catalog. gloria mundi, 4. part. confederation. 54. & sequentibus, vide Quarantam in

summa Bullarij, verbo, præcedentia, & Zerol. in pract. episcopali, 1. part. verbo, processiones, & Aloys. Riccium collectan. 1069. Docte Suar. tom. 2. de religion. lib. 3. cap. 9. cum quo illorum reprobo opinionem, qui affirmant Divum Gregorium fuisse primum Litaniarum auctorem; constat enim hunc morem recitandi Litanias, in Ecclesia antiquissimum esse, ut constat ex Basili epist. 63. ad Neocesarianam Ecclesiam. Et quod tempore Arcadij Imperatoris fuit Litaniarum usus, liquet ex Codice Theodosij, tit. de heret. lib. 30. Socrate lib. 6. histor. cap. 8. Nicephoro lib. 14. histor. cap. 3.

CAP. Si in laicis. III.

S V M M A R I V M.

1. Sacerdos tenetur scire tantum, quod possit docere populum, & ea quæ sunt ad salutem necessaria.
2. Magis, dictio, quid significet?
3. Ignorantia præsumum intollerabilis, & odiosa.
4. Ignorantia in sacerdote est indispensabilis.
5. Collatio beneficij facta illitterato est nulla.

IN textu. Nota quod sacerdos tenetur scire, ita ut possit docere populum, ea quæ sunt necessaria ad salutem, ut ait Sylv. in summa, verbo, clericus, 2. à principio, & Menoch. de arbitrar. casu 425. ex vñ. 47. usq; ad finem; multa tradit Navarr. in cap. Si quando, exceptione 16. nu. 5. de rescript. sacerdotū enim imperitia minime excusat. Vivald. in Candelabr. part. 1. tit. de confessione, num. 26. vers. Septima, in fine, ubi textus meminit.

Ibi, Magis. Quæ dictio si ponatur inter incompatibilia, ponitur electivè Iason. in l. Lubere cayere, nu. 15. ff. de iurisdictione omnium iud. sic dicit poni in l. Filia familias, ubi Glossa, verbo, magis, in ultima opinione, ff. de conditionibus, & demonst. & in l. In commoda, §. Sicut, ubi Glossa, verbo, magis, da commodato, ff. & in l. 1. ff. commun. divid. ubi etiam Glossa, quæ ponit exemplum, volo esse magis dives, quam pauper. Si vero ista dictio, magis, ponitur inter duo compatibilia, quæ cadunt in comedem subiecto, tunc ponitur comparativè, ut p Iason. d. nu. 15. sic ponitur in l. Si Constante, §. Quoties, ubi Glossa, verbo, usitatum, ff. soluto matt. textus, & Glossa in l. Clam possidere, §. Qui ad nundinas, in verbo, magis, & ibi declarat Bani. ff. de acquirenda posse.

Ibi. **V**idetur tolerabilis. In ijs qui præ-
funt nihil est
intolerabilius. quam rerum ignorantia, illa-
tum præcipue quæ ad gubernationis munus
præclage obsequiaria necessaria sunt. **G**ouç des
Glossa 4. nn. 42. ubi nos tri texus meminit. **G**lossa
verbo, **S**cientiam cap. Si forte, 3. de electione, m. 6.
Immo vir illitteratus magis est odiosus, quam
homicida. **B**ernard. **D**iaz in pract. criminale, cap. 21.
num. 6. **N**avarri. cap. Si quando, de rescriptis, excep-
zione 12. num. 1. **F**laminius. **P**aratus de resignatione,
lib. 4. q. 11. num. 28.

Ibi, **N**ec venia. Ex hoc textu col-
ligo, quod illitera-
tura in sacerdoce est indispensabilis, ut tenent
Rebuff. de pacifico. cap. 1264. Rota antiqua decis.
12. num. 4. de probat. **B**ernard. **D**iaz in pract. crimin.
Canonic. cap. 21. sub num. 2. **T**homas **V**allascus 1. tom.
allegat. 9. num. 8. quia est de iure divino iuxta
illud **O**see 4. nn. 6. **S**cientiam repulisti, & ego re-
pellam te, ne sacerdotio fungaris. Vide polita ad
cap. **P**recipitius, 16. num. 2. & 3. **S**apra, dict. 34.

Vnde multidixerunt collationem bene-
ficij factam illitterato esse, ipso iure nullam.
Ait **P**elinus in cap. Per tuas, sub num. 1. de simonia
& Abb. post **I**nnocent. in cap. Cum in nostris, num. 22.
de concessione, præbend. **B**ernard. **D**iaz in pract. d. cap.
21. num. 6. Sic similiter assimilans gradum do-
ctoratus peccat mortaliter, ut ex nostro textu
ad ecclesie additio ad **B**artolom. **I**nter. E. ad finem, id
l. 2. C. de professoribus, & **M**edices lib. 10. quod ante
docuerat **G**lossa, verbo, honorem, in **Clementi-**

Nna 2. de magistris. **H**oc p. 10. **N**on
ad finem, id
l. 2. C. de professoribus, & **M**edices lib. 10. quod ante
docuerat **G**lossa, verbo, honorem, in **Clementi-**

CAP. Nulli. IV.

S U M M A R I V M .

I Sacerdotes debent Canones scire.
2ni Episcopus in quibus casibus dispenses.
3no Appellatione sacerdotum, an conve-
niant Episcopi?

IN textu. Collige ex illo, non licere
sacerdoti Canones ignorare, cum inter Canonistas reperti sint viri
omnium virtutum genere, & eruditione
præclaris, atque sacris Ecclesiæ muneribus ap-
petitum; & certe nonnulli sacrae Theologiae
scientia adeo inflantur, ut cum primum eius
lauream consequuti fuerint, episcopales dig-
nitates, sibi deberi iudicent, cum tamen ad
episcopalia munera strenue gerenda, præter
huius Sacrae Scientiae notitiam, requirantur
multa alia, quibus iij dignitatum appetentes

vacui esse solent; tradit eleganter **M**entoja de
concordia sacrarum editionum, part. 1. controversial. 14.
in principio, & vide circa textum **P**aulum **F**usch.
de visitatione, lib. 1. cap. 19. num. 7. **P**adillam in l. 1.
num. 7. **C**. de iuriis, & facti ignorantia.

Ibi, **R**egulis obviare. Igitur ep-
copus non
potest dispensare contra iuris regulas, nisi quæ
odo ius exprimit etiam adversus constitutio-
nem conciliarem, **G**lossa final. ubi **A**bb. in cap.
In quibusdam, 12. de pœnis, & etiam in omnibus
casibus non prohibitis per Papam, ut ait **G**los.
verbo, ut pleriq., in cap. Requiritis, 14. 1. quest. 7.
& tenent Episcopus Thelesinus in thesauro fori ecclæ-
sast. 2. part. cap. 8. num. 59. & **B**urgas de irregula-
ritate. tit. de corpore vitiæ. num. 13. pag. 111. Et an,
& quando possit dispensare Specular. tit. de dis-
pensatione, §. Nunc, de episcoporum, à num. 1. usq.
ad 22. ponit casus 163. **B**erachii in tractatu de opis-
copo, ponit 133. **I**oann. de Deo, ponit 121. & vide
Duenas regul. 247. & **T**hesaur. fori ecclæsast. ubi
supra, dict. cap. 8. à num. 49. usq. ad finem, &
si non dispensat, quando dispensatio est debi-
ta, peccat, ut ait **G**lossa, verbo, necesse, in cap. **D**or-
mino, 25. distinct. 50. & ab eo appellatur **G**lossa
final. in fine, cap. 1. de confessis. lib. 6. Vide ta-
men de hoc ultimo **S**anch. lib. 3. de matrimonio,
disp. 10. à num. 12.

In **G**lossa, ibi, **S**i intelligis de
Episcopo.

Ergo appellatione sacerdotum
veniunt etiam episcopi: quod
tamen intelligi debet in materia favorabili;
secus in odiosa. Nam episcopi non sunt clerici
simplices, sed secundum quid, ut ait **A**bb. in cap.
Bona, in 1. notabili 1. de postulat. prælat. & in rubric.
de maioritat. & obedient. num. 4. & **S**ylv. in summa
verbo, clericus, 1. in principio, communem di-
cit **A**ltiat. in l. 2. num. 9. ff. de verborum signis. Deciss
in cap. Non licet, num. 18. & seqq. de præbendis,
& vide quæ tractavi in tractat. de confessariis si-
stentibus, quest. 12. num. 2. & 13.

CAP. Quæ ipsiſ. V.

S U M M A R I V M .

Quae sint sacerdotibus necessaria?

2 Ignorans caco, & homicide compara-
tur, nec venit appellatione homi-
num,

IN textu. Docet **A**ugustinus in presen-
ti, quæ sint sacerdotibus ne-
cessaria, non enim poterit sacerdos alios ad
rectam

rectam viam deducere, si ipse ignorans extiterit, atque ea debet esse scientia, quae sufficiat ad regendum beneficium obtentum, tradit late Paulus Fusibus de visitatione, lib. 2. cap. 5. num. 2. Gregor. Lopez part. 1. tit. 16. l. 2. Glossa 1. Perez lib. 2. Ordinamenti, tit. 5. l. 5. Glossa 1. qui omnes nostri textus meminere. Porro de scientia, quae requiritur in confessario est videndus Vitald. in Candelabr. 1. part. tit. de confessione, nu. 26. per totam, ubi in vers. Secunda, ad finem, nostrum textum refert.

In fine, ibi, Cæcus. Ex hoc textu videntur cæci, & illitterati inter se æquiparari, pro quo est textus in cap. Post translationem, vers. Item si quis propriæ literaturæ defectum, de renuntiat. & facit illud Ecclesiastes, cap. 2. num. 13. ubi dicitur, Quod tanto præcedit Sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris, &c. Et magis est odiosus illiteratus, quam homicida, ut tenet Navarr. in cap. Si quando, de rescript. exceptione 12. sub. nu. 1. Dias in pract. criminal. cap. 21. sub num. 6. Thomas Vallascus allegat. 9. num. 12. quia non venit appellatione hominum, sed iumentorum, quorum similitudinem gerit, ut ait Gomez in regul. de annali, quest. 47. in fine, & est textus in l. 16. iii. 5. part. 2. in fine.

CAP. Omnes. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores, qui textus meminere.
- 2 Episcopus debet habere scientiam iuriū, & novi, & veteris testamenti.
- 3 Episcopus debet esse in sacro ordine, vel doctor, vel licentiatus.
- 4 Episcopus litteris expeditis, habita possessione acquirit iurisdictionem ordinariam, sed non potestatem ordinis, nisi per consecrationem.
- 5 Episcopus ignarus, an debeat se ab episcopatu abdicare?
- 6 Vnde aliquis homo dicatur divinus?

IN textu. Cuius meminit Azor. in summa moral. 2. part. lib. 2. cap. 28. §. 9. & lib. 6. cap. 6. in principio. Paulus Fusibus de visitatione, lib. 1. cap. 17. num. 20. in fine. Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 13. num. 7. Suarius de censuris, disput. 51. sect. 1. nu. 8. ad medium. Gregor. Lopez part. 1. tit. 13. l. 1. Glossa 2.

vers. Episcopi vero, & tit. 5. l. 22. Glossa 1. Menoch. de arbitrat. casu 425. nu. 35. Adde posita ad cap. 2. nu. 1. supra, dist. 23.

Ibi, Tam sacros Canones. 2

Nota ex textu, quod cum Episcopi sint iudices animarum, & debeant iudicare, habere debent scientiam utriusque iuris, ut est textus in auth. Ut clerici, apud proprios episcopos, §. 1. collat. 6. & Glossa, verbo, iudicem, in auth. de sanctissimis episcopis, §. Si quis contra, collat. 9. & scientiam novi, & veteris testamenti, ut hic, & cap. Qui episcopus, dist. 23. & qualitates requisitæ in episcopo sequentibus versibus continentur.

Primum præcipitur, quod sit sine criminе presul, Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes. Casta docens, non percusor, non litigiosus, Non cupidus, bene dispositus, non neophytus rex. Talis Apostolica, quod præsit, regula iusit.

Vt per Hostiens. in summa de temporibus ordinat. §. Et cui, 7. in fine, & qualitates, & virtutes in episcopo requisitas ad bene suum munus exercendum, vide per Paleolum in Archiepiscopalè Bon. 1. part. cap. 6. cum pluribus sequentibus. Adde posita ad cap. Summam, dist. 43. nu. 3. & sequentibus.

Iure noviori Episcopus ante promotionem debet esse in sacro ordine institutus, l. 23. tit. 21. part. 2. & in aliqua Universitate magister, doctor, vel licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ testimonio, idoneus ad alios docendos, ostenditur ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 2. de reformatione; imò nec hæc sufficiunt, cum privilegium doctoratus non faciat doctorem, sed requiratur doctrina, ut tenet Menoch. de arbitrat. casu 425. nu. 39. ut non solum habentes privilegium, sed docti viri ad Cathedrales assumantur. Clemens Papa 8. statuit, quod ad episcopatus in Italia assumendi, in urbe coram ipso, & sacra congregazione Cardinalium, aliorumque gravium, & peritorum prælatorum, & virorum, in Gallia vero, & Hispania coram Cardinalibus legatis ibi existentibus, quibus deficientibus, coram Nuntijs, Patriarchis, Primatebus, Archiepiscopis, & Episcopis de speciali Papæ mandato, assilientibus alijs prælatis, & peritis iuris, se examini subiiciant, qui approbati, & non alijs ad regimen Ecclesiæ admittantur. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. & peracto examine genibus flexis, fiduci professionem emitunt, iuxta formam à Pio 4. traditam in Bullario constitut. Itaq. incipit, iniunctum nolis.

At litteris Apostolicis expeditis, illarum vigore, possessione subsequata, acquirunt Episcopi

copi ordinatiam iurisdictionem, cap. Transmis-
sam, 15. de elect. sed postea tenentur subire mu-
nus consecrationis infra tres menses, sub pœ-
na amissionis fructuum, & negligentes p̄ alios
tres menses sunt ipso iure privati, ut est *textus*
in cap. Quoniam, 2. dist. 75. & in cap. Quoniam, 1.
dist. 100. & l. 10. & 27. tit. 5. part. 1. & Concil.
Trident. sess. 7. de reformat. cap. 9. & sess. 23. cap. 2.
de reformat. Per consecrationem enim acqui-
runt ordinis potestatem, ut in d. cap. Transmis-
sam, 15. ubi etiam *Glossa final.* ante medium.

Sed dubitatur, an Episcopus ignarus co-
rum, quæ sunt ad pastorale munus necessaria,
debeat se ab episcopatu abdicare? Solvit dubi-
tationem Richard. quodlibeto 3. q. 23. non debe-
re, si diligentiam adhibeat in illis addiscen-
dis; quanvis graviter peccaverit in suscipien-
do episcopatu; sed meius Azor. d. part. 2. lib. 3.
§. Nono, vers. Quarit, tenet debere episcopatum
demittere, aut libi idoneum adiutorem adci-
cere; alioquin suo muneri, & officio non sa-
tisfacit, multa alia prosequere cum Doctori-
bus citatis, nu. 1.

In textu, ibi, Divini Apostoli
librum. Ex hoc loco textus colligit Fran-
ciscus Torre blanca Villalpando, cap. 1.
de prophetia, nu. 7. & 8. hoc nomen divinus, &
divinatio, aliquando in sacris litteris usurpari
pro ipsa inspiratione, ac divina prophetia, ut
habetur cap. Eos, 1. q. 1. & cap. Prædicatur, 16. q. 1.
Aliquando etiam nomen illud accipitur pro
scientia à Deo hominibus infusa; ac si homi-
nes divini aliquid ab ipso Deo hauriant divi-
nitatis. De quo Proverbiorum. cap. 16. Divinatio
in Iabij Regis. & Franciscus Picus lib. 1. prænotio.
Dicitur ergo, divinus Apostolus, cui multa à Deo
sunt revelata, & qui divino spiritu multa fu-
tura prævidebat.

CAP. Placuit. VII.

S V M M A R I V M.

1. Ordinari non debet episcopus antequam
coram eo legantur sacræ regule; nec
clericis antequam moneantur per Epis-
copum.

2. Monachus ante professionem debet mo-
neri de statutis sua regula: sic Iudei
antequam baptizentur; immo etiam
in illicitis datur tempus ad delibe-
randum.

3. Dicton, prius, quid significet?

IN textu, ibi, Ordinandis epis-
copis, & clericis. Elio conclu-
sionem ex tex-
tu, quod Episcopus non debet ordinari ante-
quam coram eo legantur regulæ sacræ, & res-
pondeat se illas velle servare, prout etiam est
textus in auth. Quomodo oporteat episcopos, collat. 1.
§. Igitur ordinanda, optimè Alexander in l. penult.
num. 9. C. de pacis, qui textum refert; faciunt,
quæ tradit Gregor. Lopez part. 3. tit. 5. l. 14. Glo-
ssa 2. & part. 4. tit. 9. l. 5. Glossa 1. Quod amplia
primo in clericis, qui non debent ordinari ante-
quam Episcopus eos moneat, ne ad ordines
aliquis accedat sine dimissorijs, & alijs requi-
fitis, ut in Pontificali, licet postea eos absolvat,
& dispenset; nam huiusmodi absolutio,
& dispensatio operatur tantum circa excom-
municationes, & irregularitates occultas, ut
ait Navarr. conf. 49. nu. 12. vers. Ad quintum, de
sentent. excommunicat.

Amplia secundò conclusionem, in mo-
nacho, qui antequam faciat professionem, de-
bet moneri de statutis sua observantiæ, & ideo
datur eis annus probationis, ut est *textus in cap.*
Non solum, & cap. Constitutionem, de regularib. lib. 6.
Amplia tertio in Iudeis, qui non debent bap-
tizari, antequam doceantur de rebus fidei, &
commorentur inter christianos saltem per 40.
dies, ut est *textus in cap.* Ne quod absit, 98. de con-
secrat. dist. 4. per quem textum corrigitur cap.
Iudei, 91. eiusdem distinctionis 4. ubi dabatur eis
tempus octo mensium. Amplia quartò etiam
in illicitis dari tempus ad deliberandum, iux-
ta *textum in cap.* Constat, 110. 1. q. 1. cum nemo
censeatur renunciare iuri suo, nisi illud sciat,
ut ait *Glossa*, verbo, interroget, in auth. quomodo
oporteat episcopos, collat. 1. §. 9.

Ibi, Prius. Quæ dictio, quandoq; im-
portat formam præcisam,
quando debitum est liquidum; si vero est li-
quidandum, sufficit fideiussio Tusbus tom. 2.
conclus. 341. Sic verba, quod iudex prius pro-
nunciet super nullitate, quam super negotio
principali, & prius super possessorio, quam su-
per petitorio, licet inducat necessitatemi iudi-
ci ad sic faciendum, non tamen vitiatur sen-
tentia si aliás fiat. Paulus de Castro conf. 232. in
causam, quæ vertitur, nu. 2. lib. 1. Tusbus, ubi
proximè, num. 3.

CAP. Sicut. VIII.

S V M M A R I V M.

1. Scientiam scripturarum amans, carnis
vitia non amabit.

IN textu. Nota quod inherens sacræ scripturæ, non potest maculari ex mundanis inquinationibus; est enim scientia res sanctissima, nulloque pretio comparabilis, Sapient. c. 7. n. 9. Proverb. c. 8. 11. l. 1. §. Est quidem res sanctissima ff. de varijs, & extraordin. cognitionib. & Glossa verbo, litteratas in cap. de multa ad finem, de prabendis, & est mater cunctarum virtutum cap. presentium, l. q. 5. Menoch. lib. 6. de presumpt. presump. 91. n. 21. fons iustitia, l. 1. tit. 1. p. 3. & l. 16. tit. 5. part. 2. & l. 8. tit. 31. p. 2. & est donum Dei, l. 2. ff. de legibus.

CAP. Si iusta. IX.**S V M M A R I V M.**

- 1 In tenebris ambulat, qui ignorat Scripturas.
- 2 Iuxta, dictio, quid significat? & n. 3.

Si iuxta. Si, ignorantia scripturarum est ignorantia Dei, ut hic probat Gratianus, quia per Scripturas devenitur ad notitiam Christi, & per illas Christus nocitur esse Dei virtus, unde qui eas ignorat, ambulat in tenebris Eccl. c. 2. num. 13. sine luce, quæ est Deus Math. 4. num. 16. Luca 2. num. 32. Ioan. 1. num. 4. & cap. 3. num. 19. & l. 11. tit. 4. p. 1. l. 11. tit. 6. p. 1. & l. 35. tit. 4. p. 1. Quare iniquitas humana nocti assimilatur, & sacra scriptura luci comparatur iuxta illud Ioan. 1. n. 5. lux in tenebris lucet, Paulus Tuscb. de visitat. lib. 2. cap. 5. num. 5. qui textus meminit.

Ibi, iuxta. Que est dictio relativa, ideo si confiteor aliquid in meū præjudicium, quo non possim molestari donec recuperem iuxta formam instrumenti, de tali tempore, cum sint verba relativa, si ex instrumento nihil apparet, falsa causa mihi non noget, Decius conf. 22. num. 37. vers. Item ex alio lib. 2. unde concessio investitutæ iuxta possessorum investituras, iuxta, dictio stat conditionaliter, & si non constat de antiquis investituris, nihil est concessum, Paul. de Castro conf. 17. in causa decimali num. 2. lib. 2. latè Grammaticus decisione 59. n. 21. & sequentibus, Tuscb. practicar. tom. 2. conclus. 304. num. 8. cum quo ampliabis, & limitabis.

Aliquando dictio, iuxta, denotat vicinitatem, vel propinquitatem, per unum, vel duos pedes, Alex. conf. 120. vol. 2. num. 6. unde si dicatur, quod venditur talis fundus iuxta flumen, venit ripa, iuxta viam, veniunt fossata; sed Paris. conf. 58. num. 58. vol. 2. dicit, quod dictio verificatur, ne dum in contiguis, sed etiam in aliquantulum distantibus, Gratianus conf. 112. numer. 22.

vol. 1. Marcus decisione 644. part. 1. ubi dicit, quod, iuxta denotat vicinitatem per decem pedes, refert alios Cened. singulari 22. num. 1. vide Glossam in pragm. sanction. tit. de electione §. Statuit, in verba, cap. solitas §. Hac autem de maiorat. & obedient. l. qui edes ff. de incendio, & prosequere cum Tuscb. & Cenedo, ubi proxime.

CAP. Quia ea. X.**S V M M A R I V M.**

- 1 Princeps tenetur remunerare iuris litteratos.
- 2 Gregorius Lopez nostri textus meminit.
- 3 Quo sense dicatur Deus dominus nescire?

In textu, ibi, Si quis ignorat. Ignorabitur. Ergo arguendo à contrario sensu, qui est doctus non debet ignorari, nec contēni, & princeps tenetur iure naturali ad remunerandum juris litteratos, ut notat Bolognetus, per textum, ibi, in auth. habita, ibi, nostra pietatis beneficium, & ibidem Rebuff. C. ne filius pro patre; qui in acquirendo scientiam diu, noctuque infudarunt, facientes passim mensam de libris, Glossa, verbo, parū observasse in l. unicuiq; C. de proximis. sacror. scrin. lib. 12. & Neviz. in sylva nuptiali lib. 5. num. 11. & sequentibus, & cum ipsi alijs benefaciant, & omnibus profint cap. 2. de privil. lib. 6. & in calo edificant, ut tenet Hostiens, in proemio summa § fin. n. 19. & Archid. in cap. Non ne, num. 2. 36. dist. beneficienti benefacere iure naturæ quicunque tenetur l. sed et si lego §. Consultuit ff. de petit. heredit. leg. Si non sortem §. Libertus, ff. de condic. indeb.

Ibi, Erit sapiens in poena.

Ponderat Gregor. Lopez. part. 1. tit. 1. l. ult. Glossa 1. & concordat, l. 1. tit. 2. lib. 1. fori leg. ubi Glossa 5.

In textu, ibi, á Deo nesciuntur.

Querunt sacri Doctores, qua ratione fieri potest, ut Deus aliquem nesciat? Cui questioni respondet Salmeron, super illa verba sponsi ad Virgines fatuas Matth. 25. Nescio vos. Quo loco citatus doctor Cum, inquit, sponsus fit Christus, cuius oculis omnia sunt nuda, & aperta, illum dicitur cognoscere quem probat: illum ignorare, quem reprobat. Hinc fit, ut D. Paulus 1. ad Corinth. 8. dicat, & cognovit Dominus qui sunt eius. De reprobis vero habetur apud Diuum Matth. cap. 7. Nunquam novi vos. Verbum igitur sciendi, & nesciendi, cognoscen.

di, & ignorandi, cum Deo tribuitur in sacris Scripturis, probationem, vel reprobationem, odium vel amorem Dei significat. Nunquam vero intelligendum est, quod aliquid lateat divinam cognitionem, quæ omnia præterita, presentia, & futura cognoscit.

CAP. Quavis. XI.

SYMMARIVM.

- 1 Errat, qui putat se scire, quod nescit.
- 2 Vitia morum magis praecavenda, quam lubricum lingue.
- 3 Error quid; & quotplex?

IN textu, ibi, Existimet se scire. Ex textu colligitur, quod errat qui putat se scire, quod nescit, & submittat illud Pauli ad Roman. cap. 1. num. 22. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, stultus enim dicitur, quasi extultus à verbo, extollo, quia extollit, ut ait Glossa, verbo, stultus cap. 4. dist. 22. & nostrum textum refert Gregor. Lopez part. I. tit. 2. leg. 3. Glossa 2. in principio.

Ad finem, ibi, Morum vitia. Nota ex textu vitia morum magis esse praecavenda, quam lubricum lingue, mores enim vitiosi omnino præcludi, & corrigi debent, textus in l. 2. in fine. C. de iudicata vid. tollend. l. 1. C. si adversas vendit. cap. Si vero, & cap. cum contingat, de iure iurando, lubricum verò lingue, cum non sit ad consequentiam trahendum ut ait Speculator. tit. de advocatis, §. 6. vers. postmodum, & vers. vel tali tempore indigemus, non ita praecavendum, ut hinc, & in cap. sequent. nisi sapiat hæresim, quia tunc graviter punitur,

In Glossa verbo, errare. Docet Glossa, errorēm esse quando aliquid facimus, credentes illud esse verum, quod tamen est veritati contrarium. Cravetta conf. 187. n. 8. Cephalus conf. 369. n. 133. Differt error ab ignorantia, quia error repugnat veritati, tamen potest concurrens cum veritate. Docens conf. 350. risis allegationibus in fine. num. 14. & conf. 351. num. 8. in fine, in causa proposito. Triplex est error, videlicet facti, iuris facti, & iuris simul, qui error mixtus appellatur, de quibus per Socinum conf. 47. in primo presensis consultationis numer. 11. vers. Sed adhuc restat lib. 1. & de isto errore mixto agit latè Dynus conf. 13. quæstio talis est in quodam nu. 4. vers. Item ibi reperitur.

CAP. Sedulo. XII.

SYMMARIVM.

- 1 Simplicitas Ecclesiastica non debet contemni.
- 2 Sententia præponitur verbis.
- 3 Presbyter an sine ministro possit celebrare?

IN textu. Ex hoc textu collige pro conclusione, simplicitatem Ecclesiasticam nō debere contemni, sed honorari, ut est textus in cap. Sacerdotibus, II. q. 1. simplicitas enim contraria dolositati approbatur, ut ait Glossa, verbo, Simplicitatem, in cap. Si cupis §. 16. q. 1. de quo vide posita in cap. Petrus, infra. 39 dist. num. 2. fastus enim picturatus verborum reprobatur, & est evitadus, & simplicitati veritatis amicæ innitendum, ut ait Speculat. tit. de litis contest. §. Nunc de exordijs, vers. advocatus, & cap. veritatis, 14. de iure iurando ubi Glossa, verbo, simplicitas, & §. Sed simplicitate Inst. de legitima agnat. successione, quia veritas quandoque fallitur, dum verborum proprietas attenditur, ut est texius in cap. Propterea 8. de Verborum significat.

Ibi, Præponendas verbis sententias. Igitur sententia præponitur verbis, sicut animus corpori. Ratio enim legis potius inspicienda est, quam verba; nam ut tradit Bald. in cap. mandatum num. 1. de rescriptis, semper recurrendum est ad intentionem disponentis, quoniam lingua cedit cor di, & subiugo mentis verba constituit, tāquā sub suo proprio originali, vide textum in Clementina 1. vers. ceterum, de iure iurando, ubi scribitur non virtute in, & mente, sed nudum verborum insectans corticem, sensumq; confundens, latissime Tiraquel. in l. si unquam, verbo, libertis nu. 38. qui nostrum textum refert, & ex illo multa dubia resolvit; adde posita in cap. Indignum nu. 1. & 2. infra eodem.

In Glossa verbo, dicat. Docet Glossa presbyterum sine ministro celebrare posse, quod tamen intelligendum est in causa necessitatis, ut voluit Glossa in cap. hoc quoque, de consecrat. dist. 1. Durant. lib. 2. de ritibus c. 5. post alios Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 5. ad 12. Graffij in aur. decisionibus lib. 2. cap. 42. nu. 3. quod vix admittit Sutrius tomo de sacrament. disp. 88. sett. 1. ad finem, nisi quando immineret periculum mortis adsumendum viaticum, vel ad dandum illud alteri. At si in huiusmodi casu necessarium sit, quod

quod sacerdos solum ministraret, aut feminam adiutricem habeat, potius esse celebrandum sine ministro, quam cum femina ministrare, advertit *Suarus d. loco*. Poterunt tamen feminæ interdum remotè respondere Sacerdoti, ut ex choro sacre solent in Missa solemniter, tamē ad altare proximè ministrare respondendo, aquam, & vinum præstando, nec debent, nec possunt *cap. i. de cohabitatione clericorum*.

CAP. Indignum. XIII.

S V M M A R I V M.

1. Mens canonis antefertur verbis grammaticalibus, quod ampliabis.
2. Idem dicendum in testamentis, & contractibus, quod etiam ampliabis.
3. Donatus quis fuerit?

IN textu. Ex hoc textu constituo conclusionem, quod mens canonis antefertur verbis grammaticalibus, quia quando de mente conslat, verborum qualitatem non curamus, ut est *textus in l. quoniam dignum C. de testamentis*. Quam amplia primò etiam si verba sint contraria, ut tenet *Angelus conf. 147. & 149*. Amplia secundò etiamsi verba sint generalia, & quam latissime pateant. *Decius conf. 374. & Paris. conf. 12. n. 39. vol. 3*, quia mens restringit verba *l. cum Aquiliana*, & ibi *Bald. ff. de transactionibus*. Amplia tertio, ut procedat etiam in legibus, & ita utatis, ut est *textus in l. & si quis 14. §. Idem bābō*; in Glossa verbo, imitari *ff. de religiosis*, & sumptu funerum & *l. quanvis 11. ff. In ius vocando*, de quo etiam est videndus *Mexia de taxatione panis conclusione 1. n. 102. & 103*.

2. Amplia quarto in testamentis, in quibus mens testatoris potius quam verba, inspicitur, ut est *textus in l. cum virum 6. C. de fideicomissis*. Amplia quinto in contractibus *l. Sed. Celsus*, & *Si fundus*, ubi Glossa verbo, sequendum *ff. de contracta empti*, & *l. semper 34. ff. de regulis iuris*, & ubi *Decius num. 1. & 3*. Amplia sexto in mandatis, in quo etiā mens potius quam verba, attenditur, ut ait *tex in leg. cum controversia 62. §. Mandavit ff. mandati*. Amplia septimo etiam si mens nō sit expressa, sed tacita, ut est *textus in d. leg. quoniam indignum*, ubi *Bald. C. de testamentis*, *Paris. vol. 3. conf. 66. numer. 24*. Amplia denique in ipso iure, quod dicitur ars, & scientia rerum, & nō verborum, ut est *textus in l. 1. & in l. iustitia §. finali ff. de iust. & iure & 2. Prudentiam, Inst. de iust. & iure, & est, l. 3. ut. 3. p. 6. & l. 3. ut. 5. part. 1. & l. 3. ut. 1. part. 5. ubi vide *Gregorium Lopez**

Ibi, Donatus. Grammaticus apprime doctus, qui fuit præceptor Divi Hieronymi, & in Virgilium, & Terentium commentarios edidit, de quo me minit idem Sanctus Doctor lib. 1. *Apologia adversus Ruffinum in Terentij comedias præceptoris mei Donati aque in Virgilium*, vide Genebrardum in *Chronologia lib. 3. Christi 356*.

CAP. Loquutio. XIV.

S V M M A R I V M.

1. Verba debent exponi secundum vulgarem loquutionem.
2. Dictione, Secundum, quid significet?

IN textu, ibi, Omnis lingua. Nota quod verba litteræ debent exponi secundum vulgarem linguam, & loquutionem illius personæ, cui exponuntur. Vnde si Italicus producatur in testem apud Hispanos, verba capituli, super quo examinaretur, debent vulgarisari secundum idioma Italoricum, non autem Hispanorum, notat Doctores in *L. I. §. fin ff. de Verborum obligationibus ubi Romanus num. 1. & 2. inferens diversitate idiomatis non vitiari contractum stipulationis, quæ potest contrahi inter homines deversi idiomatis.*

Ibi, Secundum. Quæ dictio importat conditionem, quando determinat præterita, semperque in est tacita conditio, si preces veritate nitantur *l. final. C. de divers. rescriptis*, post alios *Cened. singul. 28. nam. 1*. Quando tamen ponitur post specie, importat demonstrationem, *cap. abbate, de verborum signif.* Post genus vero importat restrictionem *Bald. conf. 187. generaliter verborū in fine lib. 4*. Et est dictio relativa, declarativa, & modificativa, iuxta illud *Bald. conf. 53. quadū Domina Ricabella in principio lib. 5. Tusculus 2. tom. conclusiones 370. n. 3. Cenedo d. singulari 28. n. 5. & 6. quos laudissime consule*.

CAP. Ecclesiastica. XV.

S V M M A R I V M.

1. Sacra loquutio nō debet secundum unam linguam interpretari.
2. Dictione, etiam, Quam significationem habeat?

In tex;

N textu. Collige ex illo, quod non debet Sacra pagina stricte secundum linguam interpretari, sed taliter, ut in unoquoque idiomate idem sonet, iuxta sententiam Hieronymi in praesenti ad Pamachiū doctum, nobilemque iuvenem. Clarius Augustinus in cap. Loquutio supra proximo.

Ibi, Etiam. Quæ dictio includit, & importat implicationem, leg. conventicula C. de Episcopis, &c. clericis. l. etiam C. Si tutor, vel curator, post multos Cened. singulari. 51. n. 1. communem dicit Tuschus tom. 2. practic. conclus. 275. in principio, extende ut sit implicativa sui contrarij, ut si dicatur, si lis etia pendaat indecisa; quia comprehendit litem finitam, & decisam per tres conformes, Gemini in. cons. 120, in fine, num. 8. vers. Ponderandum est; Extende insuper, quia includit, & auget dispositionem ad qualitatem cui adiungitur, exemplum in cap. Statuum, ubi dispositur, quod cap. Licet canon, do electione in 6. non habeat locum in dignitatibus etiam parochialibus; dictio, etiam, includit omnes dignitates, sive parochiales sint, sive non. Parisius cons. 46. num. 30. Decius cons. 696. num. 13. Menoch. de recuperanda possess. remedio 9. num. 256. qui plures citat, & circa alias significaciones vide latissime Tusch. & Cened. ubi proxime.

C A P. Nullus. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus etiam senex debet addiscere à iunioribus.
- 2 Episcopus debet inquirere, & corrigere excessus subditorum, tanquam legatus Apostolicus.
- 3 Adolescentia erudita, non debet contemni.
- 4 Aliquando seniores à iunioribus consilio vincuntur?

X hoc textu. Colligitur cōclusio, quod episcopus, ut evitet ignorantiam etiam senex debet à minimis, iunioribus addiscere, ut est Glossa, verbo, senex in cap. 1. 24. quest. 3. & Glossa, verbo discere in cap. de Constantinopolitana, 4. 22. dist. & Glossa, Consilia cap. 1. 84. dist. quia nulla ætas sera est ad discendum, nam Diuus Augustinus senex, & episcopus ad græcas litteras puerο sibi de grecis reversus est; ut ipse testatur in libris confessionum, lege de hac re Mendocam, tom. 2. in lib. 1. Reg. cap. 3. num. 18. sect. 3. ubi præclara ex codem Augustin. Hieronymi, Na-

Zianzeno, &c. Pompeius item Iureconsultus, in lapid Julianum, ff. fideicommissarijs libertat. dicit se iam annos octo, & septuaginta natum, discendi tamen cupiditate teneri. Non debet senex designari sequi sententiam iunioris per texis in l. Si servum filium h. sequitur, ff. de verborum obligationib. vide copiose Tiraq. de iure primogenit. in pafatione n. 98 & 203. qui utroque loco nostrum textum citat.

Ibi, Inquirere. Debet igitur Episcopus inquirere, omnesque subditorum excessus corriger, & ipsos visitare, ac de eorum criminibus etia extra visitationem, tanquam sedis Apostolicæ legatus, cognoscere, & castigare, quibuscumq; exceptionibus, consuetudinibus, concordijs, consanguinitate, familiaritate, & alijs non obstantibus, ut ex textu in cap. irrefragabili, 13. de officio ordinat. & Conc. Triad. sess. 14. c. 3. & 4. de reformatione & alibi saepius.

Ibi, à parvulis. Collige adolescentiam eruditam, & honestam non esse contemnendam, ut ex hoc textu, quem dicit notabilem esse, promptuarium iuris tomo 1. verbo, contemptibilis littera F. Conducit maximè, quod tradit Panormitan. in cap. ad nostram. n. 4. de consuetudine, duni dicit, quod quandoque parum sapientes habent in certa re, magis elevatum intellectum, & acutius sciunt decidere unum casum, quam sapientes, sicut narrat ibi de fatuo Parisiensi, qui decidit questionem intet tabernarium, & quendam pauperem à quo tabernarius volebat extorquere pecuniam, qui comederat panem ad odorem assati, nā solvit illi ex sono vnius denarij Turonensis, quam questionem non posset Cato melius decidere ad satificandum animis imprudentium, dicit ibidem ipse Abbas ubi additio littera, F.

Aliquando enim seniores à iunioribus consilio vincuntur, sic Papinianus noster vir prudentissimi, & acutissimi ingenij, l. cum virum, l. cum acutissimi C. de fideicommissis, mortuus est, annos, iuxta textum natus 37. ut refert Socinus in repetitione l. Cū auris col. t. ff. De condit. & damnationibus. Sic Celsus Iureconsultus non infirmus saepius adolescentis appellatur, quia aetate ius civile fuit interpretatus l. Si seruus, q. Sequitur ff. de verborum obligationib. Sic Nero anno decimo, & septimo anno publice de iure respondisse tradit Vlpianus in l. 1. §. Initium, ff. de postulando, quo in loco Angelus vol. 1. affirmat Bartolomid quoque fecisse, & Baldum eiusdem Angeli fratrem in decimo quinto anno repetivisse in l. centū Capua, ff. de eo quod certo loco. Unde constat fabulosum esse, quod vulgo dicitur ad legum studium in quadragessimo anno accessisse; eique dixisse Bartolom, tardè venisti Balde, cum autem respondisse, ciliis recedant Barbo.

Bartole, multa cumulat Tiraq. de primogen. in præfatione, num. 100. & sequentibus.

DISTINCTIO. XXXIX.

SYMMARIVM.

I Peritia requiritur in Sacerdotibus.

IN Principio distinctionis.

Requirit Gratianus, tam sacrarum, quam sacerdotium litterarum, & negotiorum peritiam in sacerdotibus, præsertim in Ecclesiæ prælatis, qui non solum spiritualia, sed interdum etiam temporalia debent ministrare populo. At in l. repetita C. de episcopis absurdum putatur, si se velint forensium disceptationum peritos ostendere, prosequitur latè Montoya de concordia Sacrarum lib. 1. controversial. 14. in principio, qui nostram distinctionem refert, adde posita ad cap. 1. supra dist. 38.

CAP. Petrus. I.

SYMMARIVM.

- 1 Eligendus non solum debet habere scientiam, sed experientiam.
- 2 Que simplicitas in texture reprobetur?
- 3 Debent prælati animarum saluti intendere.

IN textu. Notat Imola in cap. Grav. nu-

4. de præbendis, ad hoc, quod eligendus ad beneficium, non solum debet habere scientiam, sed etiam experientiam factorum; latè Menoch. de arbitr. casu. 427. num. 1. & sequentibus, qui etiam nostri textus meminit.

Ibi, Simplex est. Ista simplicitas discretioni adversatur, ut bene ponderat Menoch. de arbitr. casu. 193. n. 8. ubi textum refert. Aliquando tamē simplicitas placet; clementina 2. de penitent. & remissionibus, cap. Sancta ubi, Glossa 1. 2. q. 7. & clarius probat textus in §. Sed quia stipulationes Insti de fideicommiss. heredit. & ibi Glossa, verbo, simpliciter, lex. ult. §. Tales itaque C. de furtis, ubi Glossa, verbo, simpliciter, de quo agunt latè Menoch. d. casu. 193. num. 1. & sequentibus, Alcianus lib. I. paradoxor. cap. 6. Adde posita in cap. Sedulo

numer. 1. supra distinctione. 38.

Ibi, De salute animarum. Hanc

de animarum salute solitudinem præcipuum esse episcoporum, & omnium Ecclesiæ pastorum munus, non solum ex nostro textu, sed ex alijs locis colligitur. Cap. Rationis dist. 100. ubi prælatus inducitur, circa subiectorum actus vigilans. cap. Clericum, 11. q. 1. §. Ex his omnibus, dicitur episcopus animarum procurator, & spirituum distributor. Cap. oportet dist. 81. cap. In scripturis 8. q. 1. ubi dicitur, eam in pastoribus Ecclesiæ debere esse animarum vigilantiam, & vigilem solitudinem, ut ab illis ipsa quies mulitorum lucro aliquando sit postponenda. Hinc D. August. cap. Qui Episcopatum 8. q. 1. Episcopi, inquit, nomen est operis, non honoris: ille qui præficitur illis quibus præficitur superintendit, curam illorum gerens. Sint igitur Episcopi veluti morum præfecti, & subditorum oculatissimi correctores, qui illorum vitas inspiciant, ut recte, & honeste moderenter. Vide Azor inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. Reginal. lib. 20. sect. 3. & 4. & lib. 30. tract. 1. num. 44. & sequen.

DISTINCTIO. XXXX.

IN SYMMARIA.

- 1 Quæ sit dignitas Episcopalis?
- 2 Quibus virtutibus debent esse ornari Episcopi?
- 3 Quæ sit dignitas sacerdotalis?

IN textu, ibi, Episcopum.

Quæ dignitas Episcopalis notatur in cap. 1. & cap. Venerabilis de præbendis, verbo, Episcopus, culmen dignitatum appellatur, ut notat Filinus in Rubrica numer. 9. de maiori. & obedient. Abb. in cap. dilectus num. 1. de concession, præbend, & quod sit dignitas dignitatum, notat Barbat. in proem. Clement. n. 6. fol. mihi 4. quod sit honorabilis, & excellentior, vide per Zabarel. in caput. Episcopatum de privilegiis & in cap. Innotuit de electione; & quod episcopus dicatur illustris, tenet Baldus in l. Nullus qui nexu 60. C. de decurionibus lib. 10. & Purpuras in l. 1. ff. Officio eius cui mandata est iurisd. disputat, an illustris, an spectabilis sit: vide etiam Berachin. in tractat. de Episcopo in principio. At quod Episcopus sit fundamentum Ecclesiæ, Barbat. citato loco, ubi, num. 26. folio mihi 11. in Glossas, quod Papa vocat Episcopos fratres: & quos libiores Reges debent illis præstare, notat Panormitanus in cap. Solita, num. 7. de maioritate. & obedient. Christus in tractat. de potestate Regis

Regia, q. 57. & finaliter, vide *Glos.* in *proœmio lib.* 6. *Decretalium*, verbo, *Episcopus*, ubi Summus Pontifex *Episcopus* appellatur, quia nullus ordo maior est *Episcopali*, vide etiam quæ notavi, in *tractatu de confessar.* *solicitant.* q. 12. n. 1. Adde posita ad cap. *Ecclesia* num. 4. *supra*. dist. 35.

2 In textu, ibi, Virtutes debent intelligi. Definitur virtus. *Quod sit qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male vivitur.* Secundum *D. Thom.* I. 2. q. 55. art. 4. *Navar.* in cap. *Inter verba*, II q. 3. conclus. 4. num. 17. vel eo modo de quo *Aristot. Physic.* 7. cap. 3. *Quod sit dispositio perfecti ad optimum;* & supposito quod *Virtutum genus sit duplex, alterum intellectus, alterum voluntatis,* & quod harum, aliæ sunt absolute virtutes, aliæ ex parte tantum, & quod absolute quædam sunt morales, quædam theologicae. secundum ea quæ notat *Lessius de iust. & iure*, in explicatione quam facit ante introitum lib. I. n. 4. & sequentibus. Dicendum est, virtutes de quibus hic Gratianus agit esse quatuor *Cardinales* morales, *Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, & Temperantiam*, & his oportet *Episcopū* esse ornatum: cū enim *Episcopus* à rebus sacerdotalibus in altiorē sublatus locū conspiciatur, in eum tanquam in speculum reliqui, oculos coniiciunt, ex eoque sumunt, quod imitantur, secundum ea, quæ invenies, apud D. D. Fr. *Bartholomeum à Martyribus*, huius Ecclesiæ Bracharensis lumen, & columnam, ac inter Hispaniarum præfules, non dignitate tantum, sed virtute, ac meritis verè *Primatē*, in *stimulo pastoris de officio pastoral.* 2. q. *concionis*, §. 1. Igitur loco cum vers. sequentibus, ostendit *Episcopos* obligari ad id ex statu, nomine, & officio, quod habent; vide etiam eundem *stimulum in collectan.* ex *Epistola D. Bernardi folio mihi.* 26. ubi notantur multa, quæ hic possunt adaptari. De prædictis quatuor virtutibus *Cardinalibus*, & eorum annexis ad extremum videri potest *Lessius de iust. lib.* I. 2. 3. & 4. qui melius omnibus agit de materia.

3 In Glossa, ibi, Sacerdotes eius.

Circa dignitatem, & potestatem sacerdotalem vide textum in cap. I. §. *Vna ubi, Abb.* num. 1. & 2. de *summa Trinitate* cap. *Quis dubitet*, cap. *Duo quid* 96. dist. *Præposit.* in cap. *Cum ad verum* 96. dist. *distinct.* *Alexandr. de Ales* in 4. p. *summa in tractat.* *de Euchariastie* dignitat. *Bernard de Bust.* in 2. q. *sui rosar.* sermone 25. littera O. *Ioan. Gerson.* lib. 4. *de imitatione Christi* cap. 5. vide etiam, quæ notavi in *tractat. de confessar.* *solicitant.* q. 12. num. 16. & ibi additio, num. 31. ubi dixi Angelos sacerdoti sacrificanti procumbere, & in cap. *Presbyter* 8. n. 1. supra dist. 23. & quæ posita sunt in *summa dist. 43.*

CAP. Non nōs. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *An licet Magistratum adulterium commitentem occidere?*
- 2 *An possit Episcopus consanguineis suis hereditatem relinquere, seu an pertineat ad successores in dignitate?*
- 3 *An unusquisque in dubio presumi debet bonus, & sanctus?*

IN textu, ibi, Peccandi licetia. Igitur ex officio suscepito non peccandi licentiam, sed necessitatem bene vivendi magistratus assequuntur, ut bene per nostrum textum advertit *Boerius decisione* 317. num. 13. ex hoc inferens post *Bartol.* posse patrem, Magistratum adulterium committentem cum sua filia, occidere, quanvis merito non sit permisum, quia est vilis persona respectu iudicis.

In textu, ibi, Cum hereditate misit. Meminit huius quæstionis *Præpositus licet num. 1. de quo* vide *Cevay.* 1. tom. cap. *de testam. per totum, Tiraquel.* de *panis cap.* Si num. 84. qui nostrum textum refert. *Pater Molin.* de *iust. 1. tom. disp. 147. Spin.* de *testament.* 14. p. Rubrica ubi latissime disputat *Cevall.* commun. *contra communices*, q. 388. *Azor.* 2. p. *institut. moral.* lib. 7. cap. 9. qui non solum loquuntur respectu *Episcopi*, sed etiam respectu omnium clericorum, vide etiam quæ notavi infra dist. 41. in cap. *Episcopus* 7. verbo, quia modo, & dist. 42. in *summa*, verbo, *aliena rapere:* & an *episcopi* possint inter vivos donare, licet non possint per testam. cū relinquere, & an teneantur ad restitucionem, si donaverint, seu maioratum constituerint, idem *Molina citato loco disp. 148. Petrus Lodesma* in *tractat. de statu episcopi, conclus.* 17. cum sequentibus, & an possint consanguineis, seu cognatis concedere in *emphyteusim bona Ecclesiæ Caldas de* *de potestate eligendi* 3. p. cap. 13. n. 8. *Flamin de resig-* nat. lib. 9. q. 17. num. 124. *Surd.* de *alimentis titulo* 8. *privileg.* 92. n. 2. vide etiam *de materia Cened.* ad *Decretal. collectan.* 12. num. 2. *Gutier.* lib. 2. *prædicat.* quest. 114. & *Cald.* ubi proximè num. 13. & in quibus Regnis ad Cameram Apostolicam pertineant hereditates Ecclesiasticorum? *Vi-* de cum *Molin.* d. *disp. 147. numer.* 12. ubi à num. 9. declarat, quid veniat, sub hoc nomine, *Spolia.*

In tex-

3 In textu, ibi, *Quis enim sanc-tum dubitet.* An quis præsumatur sanc-tus, vide Abb. in cap. fin. nu. 6. de præsumpt. & Felin. nu. 11. & in cap. Cum in iure, ubi idem Abb. num. 2 de officio delegat. Alciat. quem refert additio ad Dignum in Regul. semel malus, nu. 3. de regulis iuris in 6. Bartholom. Socia. in suis fallent. regula 58. folio mibi 13. Bartol. in l. Si cui, §. eisdem num. 8. ff. accusationib. & inl. Cassius, ff. senatoribus Cenedo ad Sextum collectan. 29. num. 1. & notabis Pontifices maximos pati se appellari Beatissimos, & sanctissimos, ut ex nostro textu deducit Navar. in cap. Inter verba conclusione 1. vers. tertium, optimè Rebus. in procœmio concordatorum, verbo, sanctissimo. Recurre ad cap. In nomine Domini I. num. 5. dist.

C A P. Non est facile. II.

S V M M A R I V M.

- 1** *An sit necessarius habitus, & tonsura, ut quis gaudet privilegio fori?*
- 2** *Quas panas incurvant, non portantes habitum, & tonsuram?*

In textu, ibi, *Sed qui excent opera eorum.* Hic excitat Preposit. questionem de qua vide Concilium Trident. sess. 23. cap. 6. Salzed. in praxi cap. 65. n. 9. Ceval. com. opinion. q. 563. Thom. Vallasc. allegat. 10. n. 12. Fratrem Emmanuelē in summa 1. p. cap. 155. Azeved. l. 1. num. 9. vers. Tonsura, Farinac. in praxi criminal. q. 8. num. 7. & quid sit dicendum de novitijs, habet idem Frater Emmanuel 3. tons. quæst. regul. q. 51. art. 12. & in hoc casu, quando dubitatur, an deferat habitum, quis sic iudex competens? Salzedo citat. loco n. 14. Barb. l. Titia, n. 24. cum sequentibus, ff. soluto matrim. Thomas Vallascus allegat. 15. Ceval. q. 897. n. 579. Matta de iurisdict. 2. p. cap. 31. nu. 16. Pax in praxi tomo 2. prætudio 2. num. 9. Navar. in cap. Novit notabili 6. n. 44. Zerola in praxi, verbo, clericus §. 3. vers. secundo, laté Farinac. tomo 1. q. 8. nu. 33. & sequentibus, & an casu quo perdat privilegium canonis, propria quod se immiscerit eriminibus enormibus, vel se gessit pro laico habitum non defensans, perdat etiam privilegium fori? Vide Abb. in cap. perpendimus. num. 5. de sententia excommunicat. & in cap. Comingit, n. 3. eodem it & in cap. Deus, quæ num. 4. de vita, & honest. clericorum, Alex. lib. 1. cons. 8. num. 3.

In textu. Prepositus citat Hugo, hic, & Archid. in cap. Siquis. 3. q. 4. tenentes, clericos beneficiatos amittere fructus

præbendæ, si non deferunt habitum, & tonsuram, sed hoc non probatur iure, ut videre est in Clement. 2. de vita, & benefic. clericor. & ibi scribentibus, per quem textū ita tenet Preposit. An verò incurrit aliam pænam, scilicet amissionem privilegij fori, vel canonis, vide DD. citatos in fine proxime quæstionis, quibus adde Navar. in manuali cap. 27. n. 81. Azor. inst. morat. part. 2. lib. 7. §. Decimam septimum, cum quo resolve clericos tenentes beneficia, vel quascunque pensiones clericali titulo obtinentes, omni beneficio, & sure ad beneficium privatum, & sineulla monitione, citatione, iudicis decreto, ipso facto privatos declarati, nisi gestet habitum, & tonsuram clericalem. Reginald. lib. 30. tract. 3. num. 50. & sequent.

C A P. Nos qui. III.

S V M M A R I V M.

- 1** *An qui potestate habent eligendi Episcopum, si elegant non habentem qualitates a iure prescriptas, electio sit nulla?*
- 2** *An teneantur eligere dignos tantum, an digniores, & quas panas incurvant si contra faciant?*
- 3** *Virtus, an nobilitas?*
- 4** *Patria, an nobilitas?*

In textu. Quatenus textus ait. *Quod facere Episcopos notos.* Noto, quod etiam quando eliguntur debent habere hanc qualitatem, & sic potest hic excitari quæstio, de qua vide textum in cap. cum in curulis, ubi Abb. de electione, idem Abb. in cap. Innotuit n. 20. cod. ist. Felin. in cap. ex tenore n. 4. de rescript. ubi invenies, qualitates, & requisita, quæ debent habere eligendi in episcopos, quod etiam notat Petrus Ledesma in tractat. de statu Episcopi conclusione. 11. folio mibi. 20 & in casu quo electio est nulla, an possit confirmari ex post facto, vide cundem Abb. in c. Qualiter, n. 3 & in d. cap. Innotuit; n. 11. & in c. Quia sicut, n. 9 & in cap. Quia diligentia, n. 4 de elect. & quod nulla ratio nobilitatis sit habenda in rebus spiritualibus ostenditur ex multis, quæ congerit Tiraq d nobilitas c. 20 n. 15 & 16. ubi nouum textum refert, cum quo prosequere.

In textu. De quæstione, an solum ter-
nentur eligere dignos, vide
Concil. Trid. de reformat. sess. 24. cap. 4. post princi-pium, Petr. Ledesma in tractat. de statu Episcop. conclusione 11. vers. La ultima difficultad, ubi
Cc etiam

etiam agit, an summus Pontifex, teneatur eligere dignorem in Ecclesijs, quibus eligit Episcopos; & an in Hispania tencantur confirmare dignū, aut dignorem? In p̄enit enim duo casus sunt distinguendi; primus quando eligitur episcopus sine qualitatibus à iure requisitis, de quo Abb. in cap. Dudum, n. II. & in cap. Cum Vintoniensis, n. 6. & II. & in cap. Per inquisitionem, num. I. & 8. & in cap. Cum in iure, num. 7. de electio. Secundus casus, quando eligitur cum qualitatibus, sed relichto digniori, de quo vide Ledesimam, citato loco, ubi cum D. Thoma. resolvit, quod peccant mortaliter eligentes.

B Ibi, Morum nobilitate. Ergo virtus nobilitatem confert, ut ex nostro textu, colligit post multos Tiraquel. de nobilit. cap. 4. in principio. facit textus, in cap. penult. ibi, Virtutum nobilitas, de prabendis, unde merito dicitur, nobilitas sola est, animum que moribus ornat, facit quod tradit Baldus in l. Si qua C. de secundis nupijs, ubi per illum textum dicit nullam sine honestate, nobilitatem esse.

14 Ibi, Vrbium claritate. Igitur patrīæ claritas suos municipes nobilitat, quare Lucas de Peña in l. Mulieres, col. 3. vers. 8. C. de dignitatibus lib. 12. dicit civem ex vrbe splendida oriundum esse nobilem, allegat, l. Non tantum, §. Clientibus ibi, propter inclitam nobilitatem civitatis, ff. de excusatione tutorum, multa congerit Tiraq. de nobilitat. cap. 12. n. 3. & seqq. qui nostri textus meminit.

CAP. Non loca. IV.

S U M M A R I V M.

- 1 An apud Deum detur acceptio personarum?
- 2 Dignitas, an augeat delictum?
- 3 An omnes ordines conferant gratiam?

IN textu, ibi, Sed ei nos merita iungunt, iunctis illis, ibi, Non loca. Igitur apud Deum non datur acceptio personarum, de quo vide Luc. de Peña in l. I. C. præposit. saceror. cubicul. lib. 12. vers. expramissis, Lessum de iustit. & iure lib. 2. c. 32. dub. I. n. 3. & in dubijs sequent. resolvit in quibus locis habeatur acceptio personarū, & an peccant mortaliter peccato acceptio personarū, & quod quando nō servatur æqualitas in personis in æqualibus, non datur talis acceptio personarū, nec etiam in his, quæ cōferuntur ex gratia, aut

voluntate, potest exemplificari cum D. Thoma. I. 2. q. 97. art. 4. n. 10. & q. 98. art. 4. n. 40. & q. 106. art. 3. n. 70. vide etiam de materia, Dinum in regula in iudicijs, n. 12. de regulis iuris in 6. Fratrem Emmanuelem in summa I. p. cap. 6. per totum.

Ibi, Iungunt merita. Notat Tiraq. de nobilitat. 20. n. 116. & per illum docet delicta nonnunquam dignitate augeri. l. Quidam delicta, & ibi, Bart. ff. de panis, l. 2. l. omne delictum §. Augetur, ff. de re militari, cap. Excommunicamus, §. Crescentes versi. si verò cleric. & ibi, Glossa, verbo, ex creatur, de haren- tis, de quo vide posita in c. Homo, n. 1. infra hac èdē dist. & ad cap. Non cogantur, 3. n. 5. infra dist. 41.

In Glossa, ibi, Quia per ordines confertur gratia. An gratia conferatnr per omnes ordines, an per aliquos, inveniuntur quatuor opiniones, prima dicentium ordinē presbyteratus, solum esse Sacramentum. Secunda ordinem Episcopi non esse Sacramentū. Tertia ordinem presbyteratus, & Diaconatus, solum esse Sacramentum. Quarta omnes ordinea maiores confere gratiam, non verò minores, de quibus omnibus vide Egidium de sacra- mentis disp. 20. de Sacram. ordinis dub. 6. n. 40. ubi i. n. 43. tradit veram resolutionem, vide etiam Nayar. in manuali, c. 22. n. 18. Adde latius posita ad cap. Psalmista 20. n. 7. supra dist. 23.

CAP. Homo christianus. V.

S U M M A R I V M.

- 1 An gravius reputetur peccatum, & delictum commissum ab eo qui est constitutus in dignitate?
- 2 Nobiles mitius debent puniri.
- 3 An peccatum reputetur maius, propter cir- cunstantias, quæ ipsum aggravant?
- 4 Contemnere, quando quis dicatur?

IN textu, ibi, Propter altitudinē dignitatis. Vide Abb. in cap. Cum quidam de iure iurādo, & ibi, Felin. ubi ponit cōclusionē, quod dignitas personæ regulariter auget delictū, de qua latissimè agit per sex declarationes, quas ponit, vide etiam, Nat. var. in manual. cap. 6. n. 11. & in e. cōsideret, n. 49. de panit. dist. 5. Cened. ad Decretales collect. 64. Gracch. in consilio de syndicatu nn. 122. inter question. Iulij Clari, vide etiā, D. Thom. I. 2. q. 73. art. 10. Farinac. 3. tom. de panis temperad. q. 98. n. 119. Morlā in emporio iuris in principio, n. 49. Peres ad l. I. tit. 15. lib. 8. Ordina- ment. Glossa, hijo dalgo, ubi ex ijs, quæ adno- tat in fine potest ampliari conclusio, de qua Felinus

Felinus citatus, ut quanvis crimen cōmissum per nobilem non puniatur, eo modo, quo quādo committitur per plebeium, limitetur, nisi ipsa nobilis cedat in derogationem sui officij, & dignitatis, tunc enim augetur delictum, & sic ampliatur conclusio Felini, & declaratio 2. & 3. limitatur, vide etiam Anch. in clement. 2. num. 5. de vita, & honestate clericor. Martam de iurisdict. 3. p. cap. 4. num. 26. ubi inquit, quod in pēnis plebei divites æquiparantur nobilibus, Lucas de Penna in L. Si apparitor. de cohortalibus lib. 12. enumerat casus 12. quibus peccatum aggravatur, latē Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 116. & sequentibus, & de pēnis temperand. causa 31. num. 17. ubi extum refert. Adde posita ad cap. Non loca n. 2. supra hac eādem dist. & ad cap. Non cogantur, 3. nu. 5. infra dist. 41.

Nobiles tamen, & in dignitate constituti mitius puniuntur, quam ignobiles, & plebei, I. sacrilegij panam, in principio, & in §. 1. ff. ad I. Iuliam pecul. l. 2. ff. de termino mot. ubi Bartol. dicit pēnam fustium, & verberum à nobilibus esse alienam, multa tam ex nostris, quam ex bonis autoribus adducit, Tiraq. de nobilitate c. 20. n. 108. & seqq. & de pēnis temparād. causa. 31. n. 17.

In textu, ibi, Propter magnitudinem peccati. Vltra Turrecrem. & Præposit. hīc, qui loquūtur de duabus causis ex quibus gravitas peccati augetur, quando scilicet gravitas oritur ex magnitudine ipsius, secundum genus suū; & quando oritur ex parte cause motiū. De circūstantijs vide Navar. in Manuali cap. 6. per totum, Viator. in summa sacrament, de confess. n. 176. folio mibi, 100. Egid. de Coninc. de Sacramen. disp. 7. de integr. confess. dub. 3. & 4. ubi latè Tolet. in summa lib. 3. c. 7. n. 7. eleganter Sarmiento lib. 1. sellestat. c. 7. n. ult. qui nostri textus meminit, docens circumstan- tiam nobilitatis nō esse exprimendam in dis- pensatione, nec in confessione, licet contrariū observet Navar. in cap. consideret de penitent. dist. 5. num. 49. post D. Thomam 1. 2. q. 73. art. ult.

In Glossa, verbo, Cadit adme- dium, ibi, si ergo. Docet Glossa, quod contemptus aggravat peccatum, ut ex nostra Glossa docet Decius in cap. Cum non ab homine n. 7. de iudicijs, & dicitur contempnere quando monitus sēpe, non vult ab actu illicito desistere.

C A P. Si Papa. VI.

S V M M A R I V M.

An possit Summus Pontifex ab aliquo indicari?

- I *Quis sit iudex compotens, casu quo possit indicari?*
- 3 *An casu quo possit indicari, sufficiat, quod crimen sit manifestum, an necessarium sit, quod sit notorium?*
- 4 *An possit Summus Pontifex deponere Reges, & Imperatores, & an sit universalis index?*
- 5 *Pontifex an possit errare in diffiniendis rebus fidei, & n. 6 7. 8. & 9.*
- 10 *An si apponatur Pontifici, quod sit hereticus, & ille neget, possit admitti probatio opponentis, & à quo iudicetur?*
- II *Papa hereticus, an ipso facto cadat à Papatu?*
- 12 *Expositio Glossa, & n. 13. 14. 15. & 16.*

In textu, ibi, à nemine iudi- candum. Ergo Pontifex à nemine po- test iudicari. Decius in cap. Sig- nificati num. 9. de elect. Felin. in cap. Nihil num. 4. vers. Vigesimo 30. de prescr. Bellarmin. de Roma- no Pontif. cap. 26. in principio, & lib. 2. de Concil. authoritate cap. 17. ubi invenies, an quando Su- mus Pontifex est hereticus, possit deponi, & iudicari. In qua quæstione refert quinq; opini- ones; vide etiam Azor in A. mor. par. 2. lib. 4. c. 7. ubi concludit pontificem in heresim lapidem, esse quidem jure diuino privatum Pontifica- tu, sed Ecclesiæ sententia postea iudicari, & de- clarari cum ob crimen heresim Pontificia dig- nitate cecidisse. Pro qua sententia citat Palud. Turrecrem. Aug. Anconit. Iacobat. Alphons. de Castro, & alios. Lege etiam Anchay. cons. 281 n. 4. Abb. in tract. de Concil. Basiliens. nu. 18. Cenedo ad Decretum collect. 44. & n fin. quot testes sufficiant, ut pro- betur summum Pontificem esse hereticū, vide Spinum de testim. Glossa, 12. rub. n. 3. ubi à b. 7. re- solvit, quæ sint requisita, vel necessaria, ut quis dici possit hereticus, & an Conciliū generale possit corriger, seu tollere constitutionē Papa- lē? Barbat. Clementina ne Romani n. 31. de elect. ubi per octoginta octo fundamēta resolvit Concil. nō posse cognoscere de summo Pontif. nisi quā- do est hereticus, nec posse ad aliud cōgregari, Mart. de iurisd. 2. p. c. 37. à n. 20. cū seqq. Et quod Conciliū tēpore schismatis, quando pastor est dubius, vel nō est, possit iudicare quis sit verus Papa, vide cum eodē Bellarm. d. lib. 2. de Concilij au- thoritat. c. 19. ad finem. vers. neq; sequitur. Felin. d. c. Nihil, n. 4 vers. & adde, de prescriptionibus. & an Suīmus Pontifex possit se subiçere Cōcilio, idē Bellarm. d. num. 2. cap. 18. & an Imperatori? Felin. in reperitorio, verbo, Papa an possit se subiçere.

& in cap. Ecclesie sancte Marie n. 5 & ibi, Decius 16.
de constitut. & an quando dantur requisita de
quibus in glossa verbo, à fide devius vers. Certe
ero, an possit summus Pontifex iudicari, vide
Abb. in cap. Significasti num. 4. de elect. & in cap. quoties
n. 5. de Simonia Barbat. in d. Clement. ne Romani nu.
86. ubi numer. 88. tenet, quod episcopus potest
compelli cedere episcopatu ratione scanda-
li, Filinus in d. cap. Nihil, num. 4. vers. vigesimo tertio.

2 In textu ibi, Nisi deprehēdatur.

Vide Bellarmin. de Romano Pontifice lib. 2. c. 30. propositum, ubi resolvit quæstionem, si Papa post mortem de hereti accuseretur, quis sit iudex competens? Dominus in cap. in fidei favorem num. 5. de heretic. lib. 6. & ibi, Arch. n. 2. vide etiam Mart. de iurisdict. 2. p. cap. 37. nu. 30. Decianus tract. crimin. lib. 5. cap. 52. num. 17. Azor inst. moral. par. 2. lib. 4. cap. 7. §. Quæres cuius auctoritate, ubi cum Archidiacono Ioan. Andr. & alijs, resolvit, Papam iam defunctum, si constiterit eum mortuum esse hereticum, condemnari debere auctoritate successoris, non vero Concilij.

3 In textu ibi, Manifestè deprehenditur.

Differentia inter crimen manifestum, & notorium. Bart. in l. scriptus num. 2. ff. Religiosis, & sumpt. funer. idem Bart. in l. Si vero §. Qui pro rei veritate num. 4. ff. qui satis dare cogant. Alexand. in l. Si constante num. 12. ff. solvit mairum. Abb. in cap. Cum non ab homine, num. 19. de iudicijs, Albert. de cathol. assert. quæst. 23. num. 67. Clarus in §. fin. quæst. 9. numer. 2. & ibi additio. Baiardi, Decian. d. lib. 5. cap. 53. & quando aliquis deprehenditur in crimen, an sit necessaria, & an reo competit defensio, videlicet cum eodem Claro, q. 8. n. 3. & 4. vide etiam, quæ notavi, in cap. clericus 3. verbo, deprehenditur, 46. dist.

4 In textu ibi, Quia cunctos ipse iudicaturus.

An summus Pontifex sit omnium index, & habeat summam potestatem in temporalibus? Bellarm. in lib. 2. de Romano Pontifice cap. 26. vers. Observandum, & lib. 5. capit. 1. & sequentibus, Marta de iurisdictio. cas. 56. & lib. 1. cap. 17. Molin de iustit. & iure 1. tomo tractat. 2. disput. 29. & an possit deponere imperatores, & Reges, Præposit hic numer. 17. idem Marta de iurisdictio. 1. part. cap. 17. numer. 25. & cap. 18. Per totum Cenedo ad Decretal. collect. 167. numer. 1. Molin citato loco, num. 29. & calu quo deponat Imperatorem, seu Regem, an possit id facere, sine authoritate Concilij, vide hic Præposit num. fin. post Glossam verbo, à fide devius, in fine. Decianum in tractat. criminalium, lib. 5. capit. 51. numer. 8.

Ibi, à fide devius. Dubitatur per hunc textum, an summus Pontifex possit esse hereticus, aut errare in definiendis rebus fidei? De quo sunt videndi Albanus de potestate Pape p. 1. ex num. 4. & ex num. 107. & 146. latè Aragon. 2. 2. quæst. 1. art. 4. 10. vers. hoc supposuit. Cordubensis in questionib. Theologicis lib. 4. q. 3. 4. 5. & 6. & in quæst. 11. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 12. Abb. in cap. Quoties in fine, de Simonia, & in cap. Significasti num. 3. de elect. & in cap. Cum venissent. num. 7. de iudicijs, Driedo de libertate christiana lib. 1. cap. 18. Jacob. de Concil. lib. 6. cap. 1. Pigius lib. 4. de ecclesiast. hyerarchia capit. 8. Simanch. de cathol. cap. 12. ex num. 12. & cap. 45. ex nu. 20. alios refert Cenedo ad Decret. collect. 44. num. 1. Vtra alios Decianus tractat. criminal. lib. 3. cap. 38. nu. 9. & lib. 5. cap. 52. num. 2. & cap. 78. num. 1. Tusch. tomo 2. conclus. 552. num. 26. Bellarm. tomo 1. de Romano Pontifice lib. 4. cap. 6. & sequentibus. Tu pro clariori doctrina, sequentes statue conclusiones.

Sit prima conclusio. Summus Pontifex definens ea, quæ ad fidem pertinent, nullo modo errare potest. Probatur ex illo Luca. 22. num. 31. Simon ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quo loco concessum fuit Petro privilegium ut ipse tanquam Pontifex, non posset docere aliquid contra fidem, nec ut in sede sua, & successoribus in officio inveniretur, qui contra veram fidem doceret, ita colligitur ex cap. Maiores, in principio de Baptismo. Menoch. de arbitri. casti. 458. n. 51. Cordub. in questionib. Theologicis lib. 4. quæst. 3. in principio, & §. 6. Principaliter, Canus de locis Theologicis lib. 5. cap. 5. q. 3. & lib. 6. cap. 8. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. nu. 12. comprobant multis Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 3. vers. De altero, Sua de fide disp. 5. sect. 8. a. n. 9. & ab omnibus viris christianis firmissimè hucusq; creditum est.

Secunda conclusio. Pontifex, assertivè demonstrando, nec in rebus necessariis ad salutem errare, aut deficere potest. Cordub. in quæst. Theologicis lib. 4. q. 3. §. Arguitur ergo sic. Arimon in tract. de unione ovilis ad pastorem, c. 13. n. 18. & c. 20. lib. 20. Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice, c. 5. Quia non potest fieri, ut pontifex erret præcipiendo aliquid vitium, ut simoniam, vel prohibendo virtutem, ut iustitiam; nec potest fieri, ut erret præcipiendo aliquid contra salutem, ut circumcisionem, vel prohibendo aliquid necessarium, ut Baptismum; quia tunc Ecclesia non potest dici sancta, ut in symbolo Apostolorum vocatur. Nam sancta dicitur potissimum ob sanctam professionem, & legem, quam profitetur, quæ nihil docet falsum, nihil præcipit malum. Ita supra citati DD.

Tertia conclusio. Pontifex sequendo historias, & hominum testimonia in iudicijs rendis litigiosis, & in notitia facti, & gestorum humanorum, & in alijs factis, & dispositionibus, vel statutis non continentibus.